



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

KAIS.KÖN.HOF-BIBLIOTHEK




74.025-B

Neu-



*180. D. 24.*



Österreichische Nationalbibliothek




+Z227958208











*Santamarija sculp.*

**S. HIERONYMUS ÆMILIANUS, PATRITIUS VENETUS,  
ORPHANORUM PATER  
Et Clericorum Regul<sup>m</sup>. Congregat. De Somasca Fundator.**



EXCEP<sup>T</sup> THE VISITATIONS OF SHERE



OFFICIA  
A CLERICIS REGULARIBUS  
**CONGREGATIONIS DE SOMASCHA**  
RECITANDA



MODO ETIÆ  
EX TYPOGRAPHEO INSTITUTI PAULINORUM  
MDCCCLVIII.

74025-B

Die 12 octobris 1857

ADMITTITUR

Pro R<sup>mo</sup>. et Excell<sup>mo</sup>. DD. Archiep. Mediolani  
Franciscus Zanzi Archipr. Modoet.  
Cens. Eccl.

## AMICE LECTOR



*Majores nostri numero haud ita magno, at virtute pieta-  
teque pollentes, cum honestissimam omnium optandarum re-  
rum exemplorumque hereditatem posteris reliquerunt, tum  
amplissimis in primis muneribus, quae ad horas canonicas  
pertinent, Congregationem augendam curarunt. Nam Beatum  
patrem Hieronymum, a quo hunc vite nostrae morem et  
instituta duximus, sanctumque abbatem Majolum, unde Con-  
gregationi vix exortae nomen inditum, item decus illud Ec-  
clesiae sanctum Augustinum, super cuius fundamentum ædi-  
ficiati sumus, initio statim magnifice habuerunt, amplissi-  
mumque cultum cum octava iis exhibere cœperunt.*

*Nec minor interea in ss. Angelos Custodes amor exarserat:  
quare effectum est eorum pietate, ut duplii secundæ classis  
ritu cum octava id festum quotannis gaudia intensius nobis  
renovaret. Quod jure quodam Congregationi nostræ tribui  
debere videbatur: nam et summo in sanctos Angelos sanctissimi  
illi viri studio serebantur, et summa item ope in id in-  
cubuere, ut christianorum animos in amoris societatem ra-  
perent; auctoresque fuere sodalitatum instituendarum, qua  
sese iis penitus dedicarent.*

*Sed quia optimus quisque Beatam Virginem Mariam ma-  
xime diligit cultuque sovet: ita ab qua egregia in eos ma-*

*nauerant beneficia, patremque ipsum in novum hominem mutatum acceperant, ejus Immaculatam Conceptionem quoque sabbato, si modo vacuum foret, semiduplici officio castissime celebrabant.*

*At libelli, quos antiquitus Patres illi nostri sanctissimi homines edidere, jam nec usui, nec desiderio sufficere poterant, quippe et annorum tantorum lapsu numero tenuiores, rarique, multaque præterea deesse reperiebamus officia, quæ post ea tempora Summi Pontifices recitanda concessere. Hinc Beattissimæ Virginis sine labe originali conceptæ multis, sancti abbatis Majoli nonnullis in partibus officia refecta hic subjiciuntur. Quod vero ad B. Patrem Hieronymum, præterquamquod haud leviter officium mutatum habemus, bis quoque anno, suo scilicet obitus die, et quo ab universa Ecclesia collitur, nunc dupli ritu nobis celebrare licet. Sed etsi singulæ domus id sibi proprium vindicant, tamen Somaschæ et quibus in domiciliis Romæ, Venetiisque tirocinia instituta habemus, die octava februarii ritu dupli primæ classis cum octava, vigesima vero julii dupli minore: ceteris vero dominibus iisdem diebus, verso modo ritus ordine persolvere datur.*

*Quæ autem passim per annum, ni rubricæ leges, aliave decreta prohibeant, semiduplici ritu officia recitari possunt, opera etiam præmium est cognoscere. Nam (præter officium Immaculatae Conceptionis in sabbato, ut supra memoravimus) semel quaque hebdomada illud Beati Hieronymi integrum est nobis persolvere: integrum item sanctos Angelos semel quoque mense coluisse.*

*Cæterum quia et eos nos decet in honore habere, quos bonorum spiritualium Congregationis participes fecimus, sanctitatisque laude apud Deum et homines floruere; hoc Beatus*

*Mariæ Franciscæ, quæ nomen duxit a Quinque Vulneribus  
D. N. J. C. illustre, datum est nostris ritu duplici quotannis  
gratulari.*

*Sed ut omnes par est nostros et iis magnopere gaudere die-  
bus, quibus aliquo est spirituali dono dulcis parens Congre-  
gatio ornata: ita singulari ingentique exultationis significa-  
tione candidi illi sunt nobis dies excipiendi, qui vel primi  
ei fulsere, vel illi habetur honos Pontifici, qui ratam legitimi-  
mamque hanc Somaschensium militiam habuit, humilemque  
vitæ nostræ societatem Ordinis religiosi et nomine et re ho-  
nestandam putavit. Quare duo illa olim ordinis Prædicato-  
rum, nunc cœli lumina, s. Petrus martyr, Piusque Pontifex  
Maximus hujus nominis Quintus, jam ritu duplici majore  
nobis sunt perpetuo colendi. Hæc fere sunt, quæ vel nova, vel  
renovata, vel aliqua ex parte mutata proponuntur.*

*Tamen quia satis non fuerat hanc impetrasse veniam, ut  
officia recitari possent, nisi ea, si modo desiderarentur, a-  
liunde petita hic ordine posuisset, id quoque te latere, amice  
lector, nolo me, quod ad B. Patris officium spectat, nonnulla  
ex Octavario Romano de confessore non pontifice, nonnulla  
item ex octava s. Stanislai Kostkæ pro inclyta Societate Jesu  
carptim lecta huc transportasse; octavanque ss. Angelorum  
Custodum, quam in fine breviarii descriptam habemus, mate-  
riam nonnullis eorum per annum officiis ministrasse.*

*Denique uti singulis officiis singula decreta, quæ ea rata  
faciunt, subjicienda curavi; ita oportunum fore duxi si in-  
dulgentias, quæ modo inhærentes festis fuerint, et quædam S.  
R. C. præscripta adderem, quæ ad omnes Regulares per-  
tinent.*

*Hæc ferme fuerant quæ, ut harum rerum rationem notitiam-*

que explicarem, præmittenda videbantur. Tu bonas in partes, amice lector, hunc velim librum accipias, quem, iis de more peractis, quæ a constitutionibus nostris præcipiuntur, in tua commoda edidimus; illudque certum habeas me pulcherrimum honestissimumque fructum ex meo labore percepisse, si Deo, Beatissimæque Virgini sine labe originali conceptæ, divo Hieronymo, cæterisque patronis, quibus stant vigentque res nostræ, preces admoveris, ut me omnesque, qui huic labori operam dederunt, post exactum hujus vitæ justum legitimumque certamen in æterna tabernacula receptos admittant.



DIE VIII FEBRUARII.

OFFICIUM IN FESTO

S. HIERONYMI ÆMILIANI

CONFESSORIS ET CLERICORUM REGULARIUM

CONGREGATIONIS DE SOMASCHA FUNDATORIS.

DUPLEX MINUS.

Pro domibus professis  
Romæ, Somaschæ et Venetiarum  
Duplex primæ  
Classis cum Octava.

AD VESPERAS.

Ant. ut infra ad Laudes.

Psalm. **Dixit Dóminus**  
cum reliq. de Dominica et  
loco ultimi **Laudáte Dó-  
minum ómnes gentes.**

Capitulum. Is. 38 v. 7

**F**range esuriénti panem  
tuum, et egéños vagós-  
que induc in domum tuam:  
cum vidéris nudum, ó-  
peri eum, et carnem tuam  
ne despéxeris.

Hymnus.

**O**rphanis Patrem pia-  
quem supérni  
Cura Rectórís dedit, atque  
egénis

Voce poscéntum fáciem  
rogári,

Rite canámus.

Férrea solvit mánica re-  
vinctum

Ipsa cœlesti rútilans de-  
córe

Núminis Mater, mediós-  
que duxit

Virgo per hostes.

Hinc stygis victor títulos,  
opésque

Sprevit antíquas, inópes  
parénte

Cólligens orbos puéros,  
paréntis

Múnia cómplens.

Nec pium, letho própe-  
rante, munus

Desiit; certos pietátis al-  
mæ

Liquit hærédes, óperis  
magíster

Factus et auctor.

2 In festo s. Hieronymi Æmiliani conf.

Signa, quæ vivens nume-  
rōsa fecit,

Jam frūens cœlo renóvat,  
salútem

Cónferens, miram bibat  
aut quis undam,

Seu prece poscat.

Te, Deus, Trinum céle-  
brent et Unum

Omnium linguae: véniam  
benignus

Supplicum culpis prece  
da rogátus

Æmiliáni. Amen.

℟. Ora pro nobis, sancte  
Hierónyme.

℟. Ut digni efficiámur pro-  
missiónibus Christi.

Ad Magnificat.

Ant. Quando orábas cum  
lácrymis et mórtuos ab-  
scondébas per diem in  
domum tuam, et nocte  
sepeliébas eos, ego óbtuli  
oratióne tuam Dómino.

Tobiæ 12 v. 12.

Oratio.

D eus, misericordiárum  
Pater, per mérita et  
intercessiónem Beáti Hie-  
rónymi, quem orphanis

adjudórem et patrem esse  
voluisti, concéde, ut spi-  
ritum adoptiόnis, quo filii  
tui nominámur et sumus,  
fidéliter custodiámus. Per  
Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Con-  
fessórum Dóminum \* Ve-  
nité, adorémus.

Hymnus.

Orphanis Patrem, ut in  
Vesperis pag. 4.

In primo Nocturno.

Ant. Exquisívi Dominum,  
et exaudívít me: et ex  
ómníbus tribulatióñibus  
meis éripuit me. Ps. 5 v. 5.

Psalmus 1.

B éatus vir, qui non ábiit  
in consilio impiórum,  
et in via peccatórum non  
stetit: \* et in cáthedra  
pestiléntiæ non sedit.

Sed in lege Dómini vo-  
luntas ejus: \* et in lege  
ejus meditábitur die ac  
nocte.

Et erit tamquam lignum,  
quod plantátum est secus  
decúrsus aquárum: \* quod

fructum suum dabit in tempore suo.

**E**t fólium ejus non défluet: \* et omnia quæcumque faciet prosperabuntur.  
**N**on sic ímpii, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

**I**deo non resúrgent ímpii in judício: \* neque peccatóres in concilio justórum.  
**Q**uóniam novit Dóminus viam justórum: \* et iter impiórum períbit.

**A**nt. Exquisívi Dóminum, et exaudivit me: et ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

**A**nt. Dóminus adjútor et protéctor meus; in ipso sperávit cor meum, et adjútus sum. Ps. 27 v. 7.

Psalmus 2.

**Q**uare fremuérunt gentes: \* et pópuli mediati sunt inánia?

**A**stiterunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum \* advérsus Dóminum et advérsus Christum ejus.

**D**irumpámus víncula córum: \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.  
**Q**ui hábitat in cœlis, irridébit eos: \* et Dóminus subsannábit eos.

**T**unc loquétur ad eos in ira sua: \* et in furóre suo conturbábit eos.

**E**go autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: \* prædicans præceptum e-  
jus.

**D**óminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

**P**óstula a me et dabo tibi gentes hæreditátem tuam: \* et possessiónem tuam térmilos terræ.

**R**eges eos in virga férrea: \* et tamquam vas figuli confrínges eos.

**E**t nunc reges intelligite: \* erudímini, qui judicáti terram.

**S**ervite Dómino in timóre: \* et exultáte ei cum tremóre.

**A**pprehéndite disciplinam,

**4** In festo s. Hieronymi Æmiliani conf.  
nequândo irascátur Dóminus: \* et pereátis de via justa.  
Cum exárserit in brevi  
ira ejus: \* beáti omnes,  
qui confidunt in eo.  
Ant. Dóminus adjútor et  
protéctor meus: in ipso  
sperávit cor meum et  
adjútus sum.  
Ant. Humiliábam in jejú-  
nio ánimam meam, et  
orátiō mea in sinu meo  
convertétur. Ps. 34 v. 15.

Psalmus 5.

**D**ómine, quid multipli-  
cáti sunt qui tríbulant  
me? \* multi insúrgunt ad-  
vérsū me.  
Multi dicunt ánimæ meæ:  
Non est salus ipsi in Deo  
ejus.  
Tu autem, Dómine, suscé-  
ptor meus es: \* glória mea  
et exáltans caput meum.  
Voce mea ad Dóminum  
clamávi: \* et exaudívít  
me de monte sancto suo.  
Ego dormívi et soporátus  
sum: \* et exurréxi, quia  
Dóminus suscépit me.

Non timébo millia pópuli  
circumdántis me: \* exúr-  
ge, Dómine, salvum mē  
fac, Deus meus.  
Quóniam tu percussísti  
omnes adversántes mihi  
sine causa: \* dentes pec-  
catórum contrívisti.  
Dómini est salus: \* et  
super pópulum tuum be-  
nédictio tua.  
Ant. Humiliábam in jejú-  
nio ánimam meam, et  
orátiō mea in sinu meo  
convertétur.  
¶. Sínite párvulos venire  
ad me.  
¶. Tálium est enim re-  
gnum Dei. Marc. 10 v. 14.  
Pater noster, secreto.  
Absol. Exáudi, Dómine.  
¶. Jubedomne benedicere.  
Bened. Benedictiōne per-  
pétua.

Lectio 1.

De libro Job.

Cap. 29 v. 11. etc.

A uris áudiens beatifi-  
cábat me, et óculus  
videns testimónium red-  
débat mihi. Eo quod li-

berássem páuperem voci-  
ferántem, et pupillum, cui  
non esset adjútor. Bene-  
díctio períturi super me  
veniébat, et cor víduæ  
consolátus sum. Justitia  
indútus sum: et vestívi  
me, sicut vestíménto et  
diadémate, judício meo.  
Oculus fui cœco, et pes  
cláudo. Pater eram páu-  
perum: et cáusam, quam  
nesciébam, diligentissime  
investigábam.

**V.** Humiliavérunt in com-  
péribus pedes ejus: \* Fer-  
rum pertránsiit ánimam  
ejus.

**V.** Donec veníret verbum  
ejus: — Ferrum pertrán-  
siit ánimam ejus. Psal.  
104 v. 18.

Ben. Unigénitus Dei Filius.

Lect. II. Cap. 51. v. 15.

**S**i contémpsi subíre ju-  
díciū cum servo meo  
et ancilla mea, cum di-  
sceptárent advérsū me.  
Quid enim fáciām, cum  
surréixerit ad judicándū  
Deus? Et cum quæsie-

rit, quid respondébo illi?  
Númquid non in útero  
fecit me, qui et illum o-  
perátus est, et formávit  
me in vulva unus? Si ne-  
gávi, quod volébant, pau-  
péribus, et óculos víduæ  
expectáre feci: si comédi  
buccéllam meam solus,  
et non comédit pupillus  
ex ea.

**V.** Memorátus sum misé-  
ricórdiæ tuæ, Dómine: \*  
quóniam éruis sustinéntes  
te, Dómine.

**V.** Et liberas eos de ma-  
nu géntium. — Quóniam  
éruis sustinéntes te, Dó-  
mine. Eccli. 51 v. 11, 12.  
Ben. Spiritus Sancti grátia.

### Lectio III.

**Q**uia ab infántia mea  
crevit mecum misé-  
rátiō: et de útero matris  
meæ egréssa est mecum.  
Si despéxi pereúntem, eo  
quod non habúerit indu-  
mémentum, et absque ope-  
riménto páuperem: si non  
benedixérunt mihi látera  
ejus, et de velléribus ó-

vium meárum calefáctus est: si levávi super pu-píllum manum meam, etiam cum vidérem me in porta superiórem: húme-rus meus a junctúra sua cadat, et bráchium meum cum suis óssibus confrin-gátur.

**N.** Consiteántur Dómino misericórdiæ ejus, \* et mirabilia ejus in filiis hó-minum.

**V.** Quia contrívit portas æreas et vectes férreos confrégit: — Et mirabilia ejus in filiis hóminum. Psal. 206 v. 15 et 16.

**Glória.** — Et mirabilia.

In secundo Nocturno.

**Ant.** Abstuli quod erat sanctificátum de domo mea, et dedi illud pupílio et víduæ. Deut. 26 v. 15.

Psalmus 4.

**C**um invocárem, exau-dívit me Deus justitiæ meæ: \* in tribulatióne dilatásti mihi.

**M**iserére mei, \* et exaudi oratiónen meam.

Filií hóminum úsquequo gravi corde? \* ut quid diligitis vanitátem, et queritis mendácium?

**E**t scítote, quóniam mirificávit Dóminus Sanctum suum; \* Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Rascímini, et nolíte pec-cáre: \* quæ dícitis in córdibus vestris, in cu-bílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrificium ju-stitiæ, et speráte in Dó-mino. \* Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine: \* dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini et ólei sui \* multiplicáti sunt.

**I**n pace in idípsum \* dór-miam et requiéscam.

Quóniam tu, Dómine, sin-guláriter in spe \* consti-tuísti me.

**Ant.** Abstuli quod erat sanctificátum de domo

mea, et dedi illud pupilo et víduæ.

Ant. Eo quod liberássem páuperem vociferántem : benedictio peritúri super me veniébat. Job. 29 v. 12 et 15.

## Psalmus 5.

**V**erba mea áuribus pérçipe , Dómine : \* intéllige clamórem meum. Inténde voci oratiónis meæ, \* Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: \* Dómine , mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi et vidébo, \* quóniam non Deus volens iniquitátem tu es. Neque habitábit juxta te malígnus: \* neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur iniquitátem: \* perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sanguinum et dolósum abominábitur Dóminus , \* ego autem in

multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: \* adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in iustitia tua : \* propter inimicos meos dírige in conspéctu tuo viam meam. Quóniam non est in ore eórum véritas: \* cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolose agébant: \* júdica illos Deus.

Iécidant a cogitatióibus suis , secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : \* quoniam irritavérunt te, Dómine. Et læténtrur omnes , qui sperant in te: \* in æternum exultábunt, et habítabis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, \* quóniam tu benédices justo.

Dómine, ut scuto bonæ

8 In festo s. Hieronymi Emiliani conf.

voluntatis tuæ \* coronâsti nos.

Ant. *Eo quod liberâssem páuperem vociferântem : benedictio peritûri super me veniébat.*

Ant. *Satiávit ánimam iná-nem, et ánimam esurié-tem satiávit bonis.* Psal.

106 v. 9.

Psalmus 8.

**D**ómine, Dóminus no-ster, \* quam admirá-bile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est ma-gnificéntia tua \* super cœlos.

**E**x ore infántium et la-téntium perfecísti láudem propter inimícos tuos: \* ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos , ópera digitórum tuórum: \* lunam et stel-las, quæ tu fundâsti.

Quid est homo, quod me-mor es ejus? \* aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

M inuisti eum paulo minus ab Angelis, glória et ho-nóre coronâsti eum: \* et constituísti eum super ó-pe-ra mánuum tuárum.

O mnia subjecísti sub pé-dibus ejus; \* oves et bo-ves univérsas, insuper et pécora campi.

V ólucres cœli et pisces maris; \* qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster: \* quam admiráble est no-men tuum in univérsa terra !

Ant. Satiávit ánimam iná-nem, et ánimam esurié-tem satiávit bonis.

X. *Tibi derelictus est páuper.*

R. *Orphano tu eris ad-jútor.* Psal. 9 v. 58.

Pater noster secreto.

Absolutio. Ipsius pietas.

X. *Jube domne benedicere.* Bened. Deus Pater omni-potens.

Lect. dicantur seq. appro-batæ a fel. rec. Benedicto PP. XIV, 22 julii 1748.

## Lectio IV.

**H**ierónymus e gente patrícia Æmiliána Venetiis ortus, a prima adolescētia militiæ addicetus, difficillimis reipublicæ tempóribus Castro Novo ad Quárum in mōntibus Tarvisinīs præficitur. Arce ab hóstibus capta, ipse in tetérrimum cárcerem detrahitur, mánibus ac pédibus vinctus; cui omni humána ope destituto Beátissima Virgo ejus précibus exoráta clémens adest, víncula solvit, et per médios hóstes, qui vias omnes ob séderant, in Tarvísii conspéctum incólumem ducit. Urbem ingrēssus ad Deíparæ aram, cui se vóverat, mánicas, cómpedes, caténas, quas secum detúlerat, in accépti beneficii testimónium suspéndit. Revérsus Venétias cœpit pietatis stúdia impén-sius cólere, in páuperes mire effúsus, sed pueró-

rum præsértim misértus, qui paréntibus orbáti, e-géni et sórdidi per ur-bem vagabántur, quos in ædes a se condúctas re-cépit de suo aléndos, et christiánis móribus im-buéndos.

R. Dómine, dux fuísti in misericórdia servo tuo, quem redemísti, \* et por-tásti eum in fortitúdine.

¶. Ad habitaculum sanctum tuum. — Et por-tásti eum in fortitúdine.

Exod. 15 v. 13.

Ben. Christus perpétuæ.

## Lectio V.

**P**er eos dies Venétias appúlerant beátus Ca-jetánus et Petrus Caráfa postmódum Páulus IV, qui Hierónymi spiritu, novóque instituto colligéndi órphanos probáto, illum in Incurabilium hospitále adduxérunt, in quo órphanos simul educáret, atque ægrótis pari cha-ritate inservíret. Mox eorúmdem hortátu in

40 In festo s. Hieronymi Aemiliani conf.

proximam continétem profectus, Bríxiæ primum, deinde Bérgomi , atque Novocómi orphanotróphia eréxit : Bérgomi præsértim, ubi præter duo, pro pueris unum, et pro puellis álerum , domum excipiéndis, novo in illis régiónibus exémplo, muliéribus a turpi vita ad poenitentiam convérsis, apéruit. Somáschæ demum subsistens, in húmili pago agri Bergoménsis ad Vénetæ ditiónis fines , sibi ac suis ibi sedem constituit, formámque indúxit Congregatiónis , cui proptérea a Somáscha nomen factum, quam subinde auctam et propagátam, nedum orphánonrum régimini et ecclesiárum cútui , sed ad majórem christiánæ reipublicæ utilitátem adolescentium in lítteris et bonis móribus institutiōni , in collégiis , académiis, semináriis addíctam

s. Pius V inter religiosos Ordines adscípsit, cætérique Pontifices privilegiis ornárunt.

¶ Factus est infirmus infirmis : ómnibus ómnia factus est,\* ut omnes fáceret salvos.

¶ Omnia autem fecit propter Evangélium. — Ut omnes fáceret salvos. 1 Cor. 9 v. 22 et 23.

Bened. Ignem sui amoris.  
Lectio VI.

O rphanis colligéndis inténtus Mediolanum proficíscitur atque Ticinum , et utrobíque colléctis agminibus puerorum, tectum, victum, vestem, magistros, nobilibus viris favéntibus, próvide constituit. Inde Somáscham redux , ómnibus ómnia factus a nullo abhorrebat ópere, quod in próximi bonum cédere prævidéret. Agrícolis immixtus per agros sparsis, dum se illis adjutórem in meténdis frúgibus præbet,

mystéria fidei explicábat, puerórum cápita pórri-gine fœda abstérgens, et patiénter tractans curábat, pútridis rusticórum vulnéribus medebátur eo succéssu, ut grátia cu-ratiónum donátus cense-rétur. In monte, qui So-máschæ imaminet, repérta specu, in illam se ábdi-dit, ubi se flagéllis cæ-dens, dies íntegros jejú-nus tránsigens, oratióne in plúrimam noctem pro-trácta, super nudo saxo brevem somnum carpens, sui aliorúmque noxárum poenas luébat. In hujus specus interiòri recéssu ex árido silice extíllat aqua précibus servi Dei, ut constans tradítio est, impetráta, quæ usque in hodiérnam diem júgiter manans, et in várias re-giónes deláta, ægris sa-nitátem plerúmque con-ciliat. Tandem ex conta-gióne, quæ per omnem vallem serpébat, dum æ-

grotántibus insérvit, et vita funetos própriis hú-meris ad sepultúram de-fert, contrácto morbo, annos natus sex et quin-quaginta, quam paulo ante prædixerat, pretiósam mortem óbiit anno millésimo quingentésimo trigésimo séptimo: quem plúribus in vita et post mortem miráculis illú-strem Benedíctus XIV beatórum, Clemens vero XIII sanctórum fastis so-lémniter adscrípsit.

¶ Defecérunt præ lácrys-mis óculi mei: conturbáta sunt viscera mea \* effú-sum est in terra jecur meum.

¶ Cum déficeret párvu-lus et lactens in platéis.  
— Effúsum est in terra jecur meum. Ier. 44. 2  
v. 44.

Glória. — Effúsum est in terra.

In tertio Nocturno.  
Ant. Beátus, qui intellígit super egénum et páupe-

**42** in festo s. Hieronymi Aemiliani cont.

rem, in die mala liberábit eum Dóminus.Ps. 40.

Psalmus 14.

**D**ómine, quis habitabit  
in tabernáculo tuo : \*  
aut quis requiéscet in  
monte sancto tuo ?

Qui ingréditur sine mácula : \* et operátur justítiā.

Qui lóquitur veritátem in  
corde suo : \* qui non egit  
dolum in língua sua.

Nec fecit próximo suo  
malum : \* et opprórium  
non accépit advérsus próxi-  
mos suos.

Ad níhilum dedúctus est  
in conspéctu ejus malig-  
nus : \* timéntes autem

Dóminum glorificat.

Qui jurat próximo suo,  
et non décipit : \* qui pe-  
cúniam suam non dedit

ad usúram , et múnera  
super innocéntem non  
accépit.

Qui facit hæc , \* non mo-  
vébitur in ætérnum.

Ant. Beátus, qui intellígit  
super egénum et páu-

perem : in die mala libe-  
rábit eum Dóminus.

Ant. Tota die miserétur  
et cōmodat , et semen  
illius in benedictióne.  
Psal. 36 v. 26.

Psalmus 20.

**D**ómine, in virtúte tua  
lætabitur rex : \* et  
super salutare tuum ex-  
ultabit veheménter.

Desidérium cordis ejus  
tribuisti ei : \* et volun-  
tate labiorum ejus non  
fraudásti eum.

Quóniam prævenisti eum  
in benedictiónibus dulcé-  
dinis : \* posuísti in cápite  
ejus corónam de lápide  
pretioso.

Itam pétuit a te : \* et  
tribuisti ei longitúdinem  
diérum in sǽculum, et in  
sǽculum sǽculi.

Magna est glória ejus in  
salutari tuo : gloriā et  
magnum decórem impó-  
nes super eum.

Quóniam dabis eum in  
benedictiónem in sǽcu-  
lum sǽculi : \* lætificábis

In testo s. Hieronymi Æmiliani conf. 45

eum in gáudio cùm vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino, \* et in misericórdia Altíssimi non comovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: \* déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt. Pones eos, ut clibanum ignis, in témpore vultus tui: \* Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, \* et semen eórum a filiis hóminum. Quóniam declinavérunt in te mala; cogitavérunt consilia, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: \* in reliquiis tuis præparábis vultumeórum. Exaltáre, Dómine, in virtute tua: \* cantábimus et psallémus virtútes tuas. Ant. Tota die miserétur et cōmodat, et semen illius in benedictióne.

Ant. In médio multórum laudábo eum, quia adstítit a dextris páuperis. Psal. 108. v. 30 et 31.

Psalmus 25.

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: \* orbis terrárum et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum, \* et super flúmina præparávit eum. Quis ascéndet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde: \* qui non acceperit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiōnem a Dómino, \* et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, quærentium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles, \* et introibit Rex glóriæ.

14 In festo s. Hieronymi Aemiliani conf.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in prælio.

Attólite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles; \* et introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dóminus virtútum ipse est Rex gloriæ. Ant. In médio multórum laudábo eum, quia adstítit a dextris páuperis. ¶ Exultáte in conspéctu ejus.

¶ Patris orphanórum et júdicis viduárum. Psal. 67 v. 6.

Pater noster, secreto.

Absol. A vínculis.

¶ Jube domne benedícere.

Bened. Evangélica léctio. Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lect. VII. Cap. 19. v. 13  
In illo témpore: Oblati sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

Homilia S. Joánnis Chrys.  
Homil. 62 in Matth.

Cur discípuli púeros abigébant? Dignitatis cáusa. Quid ergo ille? Ut dóceat illos modéste sápere, fastúmque mundánum conculcáre, et suscipit, et ulnis compléctitur, talibúsque regnum cœlorum pollicétur, id quod étiam dixit supérius. Et nos ígitur, si volumnus hærédes esse cœlorum, hanc virtutem cum diligéntia magna sectémur. Hoc est enim philosophiæ culmen, simplicem esse cum prudéntia. Hæc vita est angélica. Anima enim pueruli omnibus áimi morbis vacua est: non memóriam rétinet injuriarum, sed eas inferentes adit, ut amicos, ac si nihil factum esset. Et quamvis a matre verbéribus cædatur, eam semper quærit, et omnibus antepónit.  
¶ Benedictio peritúri su-

per me veniébat et cor  
víduae consolátus sum.

¶. Justitia indútus sum,  
et vestívi me. — Et cor  
víduae consolátus sum.  
Job 29 v. 15 et 14.

Ben. Cujus festum cólimus.

Lectio VIII.

**S**i reginam ipsi ostén-  
das diadémate orná-  
tam, non præfert eam  
matri pannis detritis ve-  
stítæ, mallétque illam in-  
cúltam vidére, quam re-  
gínam mirifice amíctam.  
Nam quod suum, quod  
aliénū est, non ex pau-  
pertáte vel divitiis, sed  
ex amore existimáre so-  
let, et nihil plus requírit,  
quam necessária; atque  
ut lacte replétus est, sta-  
tim à mamma abscédit.  
Non eisdem, quibus nos,  
ærumnis prémitur, nec  
pecuniárum jactúra, re-  
búsque similibus, nec iis-  
dem, quibus nos, fluxis  
rebus lètatur, neque cór-  
porum pulchritúdinem  
mirátur. Ideo dicébat:

Tálium est enim regnum  
cœlórum, ut ex próposito  
voluntatis illa operémur,  
quæ natúra sua pueri fá-  
ciunt.

¶. Sit memória illius in  
benedictióne et ossa  
ejus púllulent de loco suo.

¶. Et nomen ejus permá-  
neat in æténum, pér-  
manens ad filios sancti  
viri in glória. — Et ossa  
ejus púllulent de loco suo.  
Eccl. 46 v. 14 et 15.

Glória. — Et ossa ejus.  
Bened. Ad societátem.

Lectio IX.

**Q**uia enim Pharisæi non  
aliúnde, quam a ne-  
quitia, et arrogántia ad  
agéndum serebántur, u-  
bique discípulos suos sím-  
plices esse jubet, illósque  
subíndicat, dum hos in-  
stítuit. Nihil enim ita su-  
pérbiám parit, ut princi-  
pátus et primi conséssus.  
Quóniam igitur discípuli  
per totum terrárum or-  
bem multum honóris con-  
secutúri erant, ipsórum

16 In festo s. Hieronymi Aemiliani conf.

ánimos prævenit, nec si-  
nit eos humánum quid  
pati, nec honórem a vul-  
go expétere, vel ante  
álios se efférre. Nam  
étiamsi hæc parva vi-  
déntrur esse; at malis in-  
géntibus cáusam præ-  
bent. Sic enim instituti  
Pharisæi in malorum cul-  
men ascendérunt; saluta-  
tiones, primos conséssus,  
et médios requiréntes,  
hinc in ardéntem gloriæ  
cupiditátem, inde vero in  
impietátem lapsi sunt.

**T**e Deum laudámus.

**A D L A U D E S**

et per Horas, Ant.

**S**iníte párvulos, et no-  
slite eos prohibére ad  
me venire. Matth. 19 v. 14.

Psalm. Dóminus re-  
gnávit eum reliquis de  
Dominica.

Ant. Venite, filii, audíte  
me, timórem Dómini do-  
cébo vos. Psal. 55 v. 12.

Ant. Omníum me servum  
fecí, ut plures lucrifáce-  
rem. 1 Cor. 9 v. 19.

Ant. Oculus fui cœco, et  
pes cláudo, pater eram  
páuperum. Job 29 v. 15  
et 16.

Ant. Ab infántia crevit  
mecum miseratio, et de  
útero matris meæ egréssa  
est mecum. Job 31 v. 18.

Capitulum. Is. 58 v. 7.

**F**range esuriénti pa-  
nem tuum, et egéños  
vagósque induc in do-  
mum tuam: cum víderis  
nudum, óperi eum, et  
carnem tuam ne despé-  
xeris.

**Hymnus.**

**I**n vota vocem tollite,  
Exaudiens quem próvida  
Somasco ab antro ad in-  
clytos

Evéxit áura cœlites.

O salve! et audi supplices,  
Adjutor alme páuperum,  
Divina nobis fülgeat,  
Te flagítante, grátia.

**T**e, quem triúmphos ví-  
culis

Vertit potéstan Núminis,  
Visa est inérmem stérnere,  
Sed fortiórem sústulit.

Conténtus atro pálio,  
Crueémque dorso sustí-  
nens,

Miránda vinci nésciens  
Dux intúlisti prælia.  
Victóre te lètissima  
Indíxit hymnum eháritas,  
Quem salva lacrymántium  
Cantáre discant ágmina.  
Distícta pleno in gáudio  
Vox parvulórum cósonet,

Queis derelictis téndere  
Patérna gáudes bráchia.  
A solis ortu ad hésperum  
Sit Trinitáti glória,  
Quæ nos poténti déxtera  
Fecit, redémit, róborat.

Amen.

℟. Salvos fáciet filios páu-  
perum.

℟. Et humiliabit calum-  
niatorem. Psal. 71 v. 4.

Ad Benedictus.

Ant. Religio munda et  
immaculata apud Deum,  
et Patrem hæc est: vi-  
sitare pupillum et víduam  
in tribulatióne eórum, et  
immaculatum se custódire  
ab hoc sæculo. Jac. 1  
v. 27.

Oratio.

D eus, misericordiarum  
Pater, per mérita et  
intercessióne Beáti Hie-  
ronymi, quem órphanis  
adjudórem et patrem esse  
voluísti, concéde, ut spí-  
ritum adoptiónis, quo fi-  
lii tui nominámur et su-  
mus, fidéliter custodiá-  
mus. Per Dóminum.

Ad Tertiam.

Ant. Venite, filii.

Capitulum. Is. 58 v. 7.

F range esuriénti pa-  
nem tuam, et egéños  
vagósque induc in do-  
mum tuam: cum videris  
nudum, óperi eum, et car-  
nem tuam ne despéixeris.  
℟. breve. Sinite párvulos  
venire ad me. — Sinite.

℟. Tálium est enim re-  
gnum Dei — Venire ad  
me. Marc. 10 v. 14.

Glória Patri. — Sinite  
párvulos venire ad me.

℟. Tibi derelictus est  
páuper.

℟. Orphano tu eris adjú-  
tor. Psal. 9 v. 38.

18 In festo s. Hieronymi Æmiliani conf.

Ad Sextam.

Ant. Omnia me servum.

Capitulum. Eccl. 4 v. 4.

**O**culos tuos ne trans-vértas a páupere: ánimam esuriéntem ne despéixeris; et non exásperes páuperem in inópia sua. Cor inopis ne afflíxeris.  
R. br. Tibi \* derelictus est páuper. — Tibi.

¶. Orphano tu eris ad-jútor. — Derelictus est páuper.

Glória Patri. — Tibi de-relictus est páuper.

¶. Exultáte in conspéctu ejus.

¶. Patris orphanórum et júdicis viduárum. Ps. 67 v. 5, 6.

Ad Nonam.

Ant. Ab infántia.

Capitulum. Tob. 4 v. 7.

**N**oli avértere fáciem tuam ab ullo páupe-re: ita enim fiet ut nec a te avertáatur fácies Dómini.

R. br. Exultáte \* in con-spéctu ejus. — Exultáte.

¶. Patris orphanórum et júdicis viduárum. — In conspéctu ejus.

Glória Patri. — Exultáte in conspéctu ejus.

¶. Ora pro nobis, sancte Hierónyme.

R. Ut digni efficiámur pro-missiónibus Christi.

In secundis Vesperis. Omnia ut in primis.

Ad Magnificat.

Ant. Viri misericórdiæ , quórum pietátes non de-fuérunt. Eccli. 44 vers. 10, 11.

Missa ut in missali, die 20 julii.

Credo per tot. octav. in domibus professis Romæ, Somaschæ et Venetiarum.

**DIE XI FEBRUARII.**

Quarta infra Octavam s. Hieronymi Æmil. conf. Semidupl. pro domibus professis Romæ, Soma-schæ et Venetiarum.

Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermóne

S. Joánnis Chrysóstomi.

Lectio IV.

**Q**uantum autem sit pie-tatis arguméntum , quod Deus illum tanto magistrátu dignum judi-cárit, áudi. Christus ex-citátus a morte, quid di-cit Petro? Postquam e-nim illum interrogásset : Petre , amas me ? isque respondisset: Tu, Dómine, scis quod amo te ; dicit illi : Si diligis me, pasce oves meas. Hoc autem dicébat , non solum ut nobis certíssime decla-ráret, quantópere ipsum diligeret Petrus : verum étiam, ut palam fáceret, quantum habéret bene-voléntiam erga suas oves. Itaque si quis volúerit illi commendátus esse , curam hábeat óvium il-lús, pùblicam quærat u-tilitátem, fratrū suórum salúti prospíciat.  
¶. Dómine, dux fuisti in

misericórdia servo tuo , quem redemísti: Et por-tásti eum in fortitúdine.

¶. Ad habitaculum san-ctum tuum: — Et por-tásti eum in fortitúdine. Exod. 45 v. 15.

Ben. Christus perpétuæ.  
Lectio V.

**N**ullum enim officium hoc Deo chárius est, et ob id alícubi dicit : Simon , Simon , expetítiv te Sátanas , ut cribráret te tánquam tríticum, sed ego rogávi pro te , ne deficiat fides tua. Quid igitur hujus sollicitúdinis, curæque præmium mihi repéndis? Eámdem curam quam nobis impéndit, re-póscit. Nam: Et tu, inquit, aliquándo convérsus con-firma fratres tuos. Neque prorsus ália res est, quæ perinde déclaréret doceát-que, quis fit fidélis et a-mans Christi , quam si fratrū curam agat, pró-que illórum salúte gerat sollicitúdinem.

20 Infra Octavam s. Hieronymi Æmiliani conf.

R. Factus est infirmus  
infirmis: ómnibus ómnia  
factus est, \* Ut omnes fá-  
ceret salvos.

X. Omnia autem fecit pro-  
pter Evangélium: — Ut  
omnes fáceret salvos. 1 ad  
Cor. 9 v. 22 et 25.

Benedictio. Ignem sui a-  
móris.

### Lectio VI.

**I**llæc omnes áudiant et  
mónachi, qui móntium  
occupárunt cacú-  
mina, quiqe modis ó-  
mnibus seípsos mundo  
erucifixérunt, quo pro  
víribus Ecclesiárum Præ-  
féctos ádujuvent, horúm-  
que euras léniant préci-  
bus, concórdia, charítate;  
scientes quod, nisi modis  
ómnibus opituléntur iis,  
qui tot periculis obji-  
ciúntur per grátiam Dei,  
totque negotiórum euras  
sústinent, quibuscúmque  
possunt ratióníbus, auxi-  
liéntur, quamquam pro-  
cul habitantes: et victus  
sors ipsis periísset, et

tota in scópulum impe-  
gisset sapiéntia.

R. Defecérunt præ lácry-  
mis óculi mei: conturbáta  
sunt viscera mea: \* Effú-  
sum est in terra jecur  
meum.

X. Cum deficeret párvu-  
lus et lactens in plateis:  
— Effúsum est in terra  
jecur meum. Jer. Thr. 2  
v. 44.

Glória Patri. — Effúsum  
est in terra.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19 v. 45.  
**I**n illo tempore: Oblati  
sunt ei párvuli, ut ma-  
nus eis impóneret, et o-  
ráret. Et réliqua.

De Homilia

S. Joánnis Chrysóstomi.  
Homil. 62 in Matth.

Ideíreco illi, postquam  
tentando maledictum  
sibi attráxerant, reces-  
sérunt: pueri vero bene-  
dictiónem habuérē, út-  
pote illis ómnibus immú-

Infra Octavam s. Hieronymi Æmiliani conf. 24

nes. Simus ergo nos ut púeri, et malitia infantes. Neque enim possúmus, non possúmus certe álio modo cœlum vidére: sed necésse prorsus in gehennam incidere eum, qui sit frauduléntus et improbus.

R. Benedíctio peritúri super me veniébat: Et cor víduæ consolátus sum.  
X. Justitia indútus sum, et vestivi me: — Et cor víduæ consolátus sum.

Lectio VIII.

Imo ante gehénnam hic quoque extréma patiémur. Nam si malus fúeris, inquit, solus háuries mala; si autem bonus, et tibi et próximo bonus eris. Animadvértas enim ita quoque prisce actum esse. Nihil enim sceléstius Sáule fuit, neque simplícius Dávide. Quis ergo fórtior fuit? An non bis illum præ mánibus hábuit Dávid, et cum posset occidere, abstinuit?

An non illum quasi sagéna et cárcere conclúsum hábuit, et pepérцит ei? R. Sit memória illius in benedictióne. Et ossa ejus púllulent de loco suo. X. Et nomen ejus per-máneat in ætérmum, pérmanens ad filios sancti viri in glória: — Et ossa ejus púllulent de loco suo. Glória Patri. — Et ossa ejus.

Lectio IX.

Etiamsi alii concitárent ipsum, etiamsi ille innúmeras quærimóniæ cáusas habéret, áttamen salvum dimísit. Quamquam Saul ipsum cum toto exércitu insequebátur, Davídque cum páucis fugitivis omni spe destitútis errábat intercéptus, a loco in locum tránsiens: áttamen fugitívus regem superávit: quia ille cum simplicitáte, Saul cum malitia castramentabátur.

T e Deum.

**DIE XII FEBRUARII.**

Quinta infra Octavam  
s. Hieronymi Aemil. conf.  
Semidupl. pro domibus  
professis Romæ, Soma-  
schæ et Venetiarum.  
Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura  
occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálium  
sancti Gregórii Papæ.  
Lib. 10 c. 16 in c. 12 Job.

Lectio IV.

**D**eridétur justi simplitas. Hujus mundi sapiéntia est, cor machinatiónibus tégere, sensum verbis veláre; quæ falsa sunt, vera osténdere; quæ vera sunt, falsa demonstráre. Hæc nimírum prudéntia usu a juvénibus scitur, hæc a pueris pré-tio díscitur: hanc qui sciunt, cæteros despiciéndo supérbiunt: hanc qui nésciunt, subjécti et tí-midi in áliis mirántur: quia ab eis hæc éadem

duplicitatis iniquitas nō-mine palliáta diligitur, dum mentis pervéritas urbánitas vocátur. Hæc sibi obsequéntibus præcipit honórum culmina quærere, adépta temporális gloriæ vanitéte gaudére, irrogáta ab áliis mala multiplicius réddere cum vires súppetunt, nullis resisténtibus cédere; cum virtútis possiblitas deest, quidquid explére per malitiam non valent, hoc in pacífica bonité simuláre.

**R.** Dómine, dux fuisti in misericórdia servo tuo, quem redemisti: Et portásti eum in fortitúdine.

**X.** Ad habitaculum sanctum tuum: — Et portásti eum in fortitúdine. Exod. 15 v. 15.

**B.** Christus perpétuæ.

Lectio V.

**A**t contra, sapiéntia justórum est, nihil per ostensióinem singere,

sensum verbis aperire ,  
vera , ut sunt , diligere ,  
falsa devitare : bona  
gratis exhibere , mala li-  
bentius tolerare , quam  
facer ; nullam injuriæ  
ultiōnem quærere ; pro  
veritāte contumeliam lu-  
crum putare . Sed hæc  
justorum simplicitas de-  
ridetur : quia ab hujus  
mundi sapiētibus puri-  
tatis virtus fatūtas crē-  
ditur . Omne enim , quod  
innocēter agitur , ab eis  
procul dūbio stultum  
putatur : et quidquid in  
ópere véritas approubat ,  
carnali sapiētiæ fátuum  
sonat . Quid namque stúl-  
tius videtur mundo , quam  
mentem verbis ostēdere ,  
nihil cálida machinatiō-  
ne simulare , nullas in-  
juriis contumelias rédde-  
re , pro maledicētibus  
orare , paupertātem quæ-  
rere , posséssa relínquere ,  
rapiēti non resistere ,  
percutiēti áleram ma-  
xillam præbēre ?

¶. Factus est infirmus in-  
firmis : ómnibus ómnia  
factus est . Ut omnes fá-  
ceret salvos .

¶. Omnia autem fecit pro-  
pter Evangélium : — Ut  
omnes fáceret salvos . <sup>¶</sup> ad  
Cor. 9 v. 22 et 23.

Benedictio . Ignem sui a-  
moris .

### Lectio VI.

Cap. 17 post initium .

¶. ampas contémpta a-  
pud cogitatiōnes di-  
vitum . Sæpe contingit , ut  
eléctus quisque , qui ad  
ætéram felicitatē dū-  
citur , contínuā hic adver-  
sitatē deprimat : non  
hunc rerum abundántia  
fúlciat , non dignitatū  
glória honorabilem ostén-  
dat , nulla ei obsequén-  
tium frequētia súppetat ,  
nulla hunc humánis ócu-  
lis véstium pompa com-  
pónat ; a cunctis vero  
despicabilis cérnitur , et  
hujus mundi grátia indí-  
gnus aestimatur ; sed ta-  
men ante occulti júdicis

24 Infra Octavam s. Hieronymi Æmiliani conf.

óculos virtutibus émicat, vitæ méritis corúscat, honorári métuit, déspici non résugit, corpus continéntia afficit, sola in ánimo dilectione pinguéscit: mentem semper ad patiéntiam præparat, et eréctus pro justitia, de percéptis contumeliis exultat; afflictis ex corde compátitur, de bonorum prosperitatibus, quasi de propriis, lètatur; sacri verbi pábula in mente sollicitus rúminat, et inquisitus quólibet eloqui duplíciter ignórat.

R. Defecérunt præ láerymis óculi mei: conturbáta sunt víscera mea: \* Effúsum est in terra jecur meum.

¶. Cum deficeret párvulus et lactens in platéis: — Effúsum est in terra jecur meum. Jer. Thr. 2 v. 11.

Gloria Patri — Effúsum est in terra jecur meum.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lect. VII. Cap. 19 v. 13.

In illo tempore: Oblati sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

Homilia s. Augustíni Ep. Serm. 85 de Verbis Evang.

Matth. 19 alias de tempore 205.

Evangélica léctio, quæ modo persónuit in auribus nostris, fratres auditórem magis, atque factórem, quam exposítorem desíderat. Quid hac luce clárius: Si vis venire ad vitam, serva mandata? Quid ergo dicturus sum? Si vis venire ad vitam, serva mandata. Quis est qui nolit vitam? Et tamen quis est qui velit servare mandata? Si mandata servare non vis, quare vitam quæris? Si ad opus piger es, quare ad mercédem festinas? R. Benedictio perituri su-

per me veniebat: \* Et cor  
viduæ consolátus sum.  
¶. Justitia indútus sum,  
et vestívi me: — Et cor  
viduæ consolátus sum.

## Lectio VIII.

**D**ixit se ille dives adol-  
lēscens servásse man-  
dāta : audivit praecepta  
majóra: Si vis perféctus  
esse , unum tibi deest ;  
vade, vende ómnia, quæ  
habes, et da paupéribus;  
nec perdes, sed habébis  
thesáurum in cœlo ; et  
veni , séquere me. Nam  
quid tibi prodest, si fér-  
ceris , et non sequáris  
me? Abscéssit autem tri-  
stis , et mœstus , sicut  
audistis : habébat enim  
multas divítias.

a. Sit memória illius in  
benedictióne,\* Et ossa ejus  
púllulent de loco suo.

¶. Et nomen ejus per-  
máneat in æténum, pér-  
manens ad filios sancti  
vivi in glória: — Et ossa  
ejus púllulent de loco  
suo.

Glória Patri et Fílio et  
Spirítui Sancto: — Et os-  
sa ejus púllulent de loco  
suo.

## Lectio IX.

**Q**uod audívit ille, au-  
dívimus et nos. Os  
Christi evangélicum est:  
in cœlo sedet, sed in ter-  
ra loqui non cessat. Nos  
non simus surdi: nam ille  
clamat. Nos non simus  
mórtui: nam ille tonat.  
Si majóra non vis fáceré,  
minóra fac. Onus majó-  
rum ad te multum est:  
vel minóra prende. Quid  
ad útraque, piger? quid  
utrisque adversáris? Ma-  
jóra sunt: Vende ómnia,  
quæ habes , et da pau-  
péribus , et séquere me.  
Minóra sunt: Non homi-  
cídium fáciás; non adúl-  
teres; non falsum testi-  
mónium quærás ; non  
suréris ; honóra patrem  
et matrem ; diliges pró-  
ximum tuum tánquam  
te ipsum. Ista fac.

Te Deum.

**26** Infra Octavam s. Hieronymi Æmiliani conf.

**DIE XIII FEBRUARII.**

Sexta infra Octavam  
s. Hieronymi Æmil. conf.  
Semidupl. pro domibus  
professis Romæ, Soma-  
sehæ et Venetiarum.  
Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura  
ocurrente.

In secundo Nocturno

Ex libro Morálium  
sancti Gregórii Papæ.

Lib. 10 c. 17.

Lectio IV.

**B**ene justi simplicitas,  
Et lampas esse díci-  
tur, et contémpta: lampas,  
quia intérius lucet ; et  
contémpta, quia extérius  
non lucet. Intus ardet  
flamma charitatis, foris  
nulla glória respléndet  
decoris. Lucet ergo, et  
despícitur qui , flagrans  
virtutibus , abjectus æ-  
stimáatur. Sed úsquequo  
lampas ista contémnitur?  
úsquequo despicábilis ha-  
bétur? Numquid non ful-  
górem suum nullátenus

éxerit, et numquam quan-  
ta claritaté candeat, ó-  
sténdit ? Osténdit plane;  
nam prótinus ádditur :  
paráta ad tempus sta-  
tútum. Statútum quippe  
contémptæ lámpadis tem-  
pus est extrémi judícií  
prædestinatus dies, quo  
justus quisque, qui nunc  
despícitur, quanta pote-  
státe fúlgeat, demonstrá-  
tur.

**R**. Dómine, dux fuisti in  
misericórdia servo tuo ,  
quem redemísti: Et por-  
tásti eum in fortitúdine.

**A**d habitaculum sanctum tuum: — Et portásti.

Lectio V.

**T**unc enim cum Deo  
júdices véniant , qui  
nunc pro Deo injúste ju-  
dicántur. Tunc eórum lux  
tanto látius émicat, quan-  
to eos nunc manus per-  
sequéntium dúrius an-  
gústat. Tunc reprobórum  
óculis patéscet, quod cœ-  
lésti potestáte subníxi  
sunt, qui terréna ómnia

sponte reliquerunt. Unde electis suis Véritas dicit: Vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum séderit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel. Neque enim plusquam duodecim iudices illa interni conséssus curia non habébit, sed nimirum duodenário numero quántitas universitatis exprimitur: quia quisquis, stimulo divini amoris excitatus, hic posséssa reliquerit, illic proculdubio culmen judiciariæ potestatis obtinébit.

R. Factus est infirmus infirmis: omnibus omnia factus est: Ut omnes fáceret salvos.

X. Omnia autem fecit propter Evangélium: — Ut omnes fáceret salvos.

Lectio VI.

Hinc est enim, quod de sanctæ Ecclésiæ

Sponso per Salomónem dicitur: Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cum senatóribus terræ. Hinc Isaías ait: Dóminus ad judicium vénet cum seniöribus pópuli sui. Hinc eósdem seniores Véritas non jam fámulos, sed amícos denúntiat, dicens: Non jam dicam vos servos, sed amícos meos. Quos nimirum Psalmista intuens, ait: Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui Deus. Quorum dum celsitudinem cordis aspiceret, mundi glóriam qua calce calcárent, protinus addidit: Nimis confortátus est principátus eórum. Ac ne páucos esse crederémus, quos próficere usque ad summam tantæ perfectionis agnoscimus, illico adjúnxit: Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur. Quot itaque nunc pro amore veritatis sese libénter humiliant,

tot tunc in judicio lám-pades corúscant.

*v.* Defecérunt præ lácry-mis óculi mei: conturbáta sunt viscera mea: 'Effú-sum est in terra jecur meum.

*v.* Cum déficeret párvu-lus et lactens in platéis: — Effúsum est in terra jecur meum.

**Gloria.** — Effúsum est.

In tertio Nocturno.

**Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.**

Lect. VII. Cap. 19. v. 15.

**I**n illo tempore: Obláti sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

**Homilia**

S. Augustíni Episcopi.

In Psalm. 118.

**Q**uid párvulus, nisi húmilis? Hæc sunt mirabilia testimónia tua, Dómine, quæ scrutáta est ánima párvuli hujus, et ideo invénit, quia humiliátus est et párvulus factus est. Quis enim fa-

cit mandáta tua sicut faciénda sunt, idest ex fide, quæ per dilectionem Dei operátur, nisi ejus in corde per Spíritum Sanctum ipsa diléctio diffundátur? Hoc etiam iste párvulus confítetur. Os meum, inquit, apérui et attráxi spíritum, quia mandáta tua desiderábam. Quid desiderábat, nisi fácerem mandáta di-vina? Sed non erat unde fáceret infirmus fórtia, et párvulus magna: apér-ruit os, cónfitebatur quod per se ipse non fáceret, et attráxit, unde fáceret.

**R.** Benedictio peritúri super me veniébat: \* Et cor viduæ consolátus sum.

*v.* Justitia indútus sum, et vestívi me: — Et cor viduæ consolátus sum.

**Lectio VIII.**

**J**únior sum ego, inquit, et contémptus; justifi-cationes tuas non sum oblitus. Non sicut inimici mei, qui obliti sunt ver-

bórum tuórum. Vidétur autem minor ætátē non oblítus justificatiónes Dei dolére pro inimícis suis ætátē majóribus; qui obliti sunt. Nam quid est: Júnior ego non sum oblitus; nisi illi majóres obliti sunt? Sed contémptum se dicit hic júnior, ideo factus est major: quia ignobilia et contemptibilia mundi elégit Deus, et ea, quæ non sunt, tamquam sint, ut ea, quæ sunt, evacuéntrur. Et ecce sunt novissimi, qui erant primi, et primi qui erant novíssimi.

¶. Sit memória illiū in benedictióne, \* Et ossa ejus púllulent de loco suo.

¶. Et nomen ejus permáneat in ætérnum, pérmanens ad filios sancti viri in glória: — Et ossa ejus púllulent.

Glória. — Et ossa ejus.

**L**ectio IX.  
**I**ste autem júnior non

est óblitus, quia non suam vóluit habére justitiam, sed Dei; de qua etiam nunc dicit: Justitia tua, justitia in ætérnum. Propter hanc passus est persecutióne júnior a majóre, ut diceret júnior quod séquitur: Tribulatio et necéssitas invenérunt me; mandáta tua mediátio mea est. Sæviant, persequántur; dum tamen mandáta Dei non relinquántur, et ex ipsis mandátis, etiam qui sæviunt, diligántur. Intelléctum da mihi et vivam. Intelléctum poscit iste júnior, quem si non habéret, non super seniores intelligeret. Sed eum poscit in tribulatióne et necessitaté, quo intelligat quam sit contemnendum quod ei possunt auférre persecútentes inimici, a quibus se dicit esse contémptum.

T e Deum.

30 Infra Octavam s. Hieronymi Æmilianii conf.

**DIE XIV FEBRUARII.**

Septima infra Octavam  
s. Hieronymi Æmil. conf.  
Semidupl. pro domibus  
professis Romæ, Soma-  
schæ et Venetiarum.

Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura  
occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo

S. Bernárdi Abbátis.

Serm. I. de S. Victore.

Lectio IV.

**S**ancti Hierónymi vita  
Et glória speciális, non  
tam ad glóriam, quam ad  
virtútem próvocat om-  
nes, qui recto sunt cor-  
de. Non recti plane, sed  
pervérsi est ánnimi, ante  
quærere glóriam, quam  
exercére virtútem, et vel-  
le coronári, qui legítí-  
me non certáverit. Va-  
num est vobis, inquit,  
ante lucem súrgere. Ita  
est: frustra ad celsitúdi-  
nem nítitur glóriæ, qui  
prius non cláruit virtú-

te. Frustra fátuæ vírgi-  
nes sponso óbviam sur-  
gunt, quarum lámpades  
extinguúntur: et ídeo fá-  
tuæ, quia vácuis glorián-  
tur lampádibus, virtútis  
óleum non habéntes.

℟. Dómine, dux fuísti in  
misericórdia servo tuo,  
quem redemísti: Et por-  
tásti eum in fortitúdine.

℣. Ad habitáculum sanctum  
tuum: — Et portásti eum in fortitúdine.

Lectio V.

**V**irtus gradus ad gló-  
riam: virtus mater  
glóriæ est. Fallax glória  
et vana est pulchritúdo,  
quam illa non parturívit.  
Sola est, cui glória jure  
debétur et secúre im-  
pénditur. Sancto Hierónymo  
nec virtus, nec  
glória deest: sed que-  
móadmodum ambæ res, et  
quo órdine in homíne  
processérunt, id óperæ  
prétiúm intuéri. Habémus  
enim, dilectíssimi, in vi-  
ta Hierónymi et quod

digne mirémur, et quod salúbriter imitémur. Tútius sane æmulanda solidióra, quam sublimiora, et quæ magis virtutem redoleant, glóriam minús. Studeámus proinde móribus conformári, cui in mirabilibus similári, etsi vólumus, non valémus.

R. Factus est infirmus infirmis: ómnibus ómnia factus est: \* Ut omnes fáceret salvos.

¶. Omnia autem fecit propter Evangélium: — Ut omnes fáceret salvos.

## Lectio VI.

**A** mulémur in viro sóbrium victum, devótum afféctum; æmulémur mansuetudinem spíritus, castimóniam córporis, oris custódiam, ánnimi puritatem, pónere frænum iræ et modum línguae, dormire párcius, orare frequéntius, commonére nosmetípsos psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, diébus jún-

gere noctes, et divinis láudibus occupáre; æmulémur charísmata melióra. Æmulémur, inquam, quod extitit liberális in páuperes, pátiens ad pecántes, benignus ad omnes. Hoc enim mélius. In his forma est, cui impri-mámur: in miraculis glória, a qua reprimámur. Illa létificant, ista ædificent: móveant illa, ista promóveant.

R. Defecérunt præ lácrys mis óculi mei: conturbáta sunt víscera mea: \* Effúsum est in terra jecur meum.

¶. Cum déficeret párvulus et lactens in platéis: — Effúsum est.

Gloria. — Effúsum est.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19 v. 15.

**I**n illo témporte: Oblati sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

Homilia

Ven. Bedæ Presbyteri.

In Marc. cap. 10.

**S**ínite párvulos venire  
Sad me: tálium est  
enim regnum Dei. Si-  
gnificánter dixit: Tálium  
est, non istórum, ut o-  
sténderet, non ætátem  
regnáre, sed móres; et  
his, qui símiles habérent  
innocéntiam et simplici-  
tatem, præmium repró-  
mitti. Quisquis non re-  
céperit regnum Dei, ve-  
lut párvulus, non intrá-  
bit in illud. Sicut puer  
non persevérat in ira-  
cúndia, non læsus mémi-  
nit, non videns pulchram  
múlierem delectátur, non  
áliud cóngitat, áliud ló-  
quitur; sic et vos, nisi  
talem habuéritis, innocéntiam et ánimi puri-  
tatem, regnum cœlórum  
non potéritis intráre. Et  
cœmpléxans eos benedí-  
cébat. Compléxus benedi-  
cit párvulos, ut húmiles  
spíritu sua benedictióne,

grátia et dilectione di-  
gnos esse signíficet.R. Benedictio períturi su-  
per me veniébat: \* Et cor  
víduæ consolátus sum.X. Justitia indútus sum,  
et vestívi me: — Et cor  
víduæ consolátus sum.

Lectio VIII.

**Q**uidam, genufléxo an-  
te eum, rogábatur eum,  
dicens: Magister bone,  
quid fáciam, ut vitam  
ætérnam percípiam? Au-  
dierat, credo, iste quæ-  
sitor vitæ ætérnæ, tan-  
tum eos, qui parvulórum  
velint esse símiles, di-  
gnos esse intróitu regni  
cœlestis; atque ídeo cu-  
ram gerens tractátus cer-  
tióris, poscit sibi, non  
per parábolas, sed apér-  
te, quibus óperum mé-  
ritis vitam ætérnam con-  
séqui possit, expóni. Je-  
sus autem dixit ei: Præ-  
cépta nosti? Hæc est  
puérilis innocéntiæ cá-  
stitas, quæ nobis imi-  
tánda propónitur, si re-

gnum Dei vobis in-  
trare. At ille respóndens,  
ait: Magíster, hæc ómnia  
observávi a juventúte mea.  
¶ Sit memória illius in  
benedictióne: \* Et ossa  
ejus púllulent de loco suo.  
¶ Et nomen ejus permá-  
neat in ætérnum, pér-  
manens ad filios sancti  
viri in glória. — Et ossa.  
G lória. — Et ossa ejus.

## Lectio IX.

**N**on est putandus ho-  
mo iste vel voto te-  
ntantis, ut quidam pata-  
vère, Dóminum interro-  
gásse, vel de sua esse  
vita mentitus, cum se  
legis mandáta custodisse  
dicébat, sed simpliciter  
ut vixerit esse confessus.  
Quia si mendacii aut si-  
mulatiōnis noxa reus te-  
nerétur, nequaque in-  
tuitus arcāna cordis ejus,  
eum diligere diceréatur  
Jesus. Diligit enim Dó-  
minus eos, qui mandáta  
legis quamvis minora cu-  
stodíunt; sed nihilominus

quod in lege minus füe-  
rat, iis qui perfécti esse  
desiderant, osténdit; quia  
non venit sólvere legem  
aut prophétas, sed adim-  
plére. Ad quam profecto  
adimpletiōnem pertinet,  
quod hic consequenter  
adjungitur: Vade, quæ-  
cumque habes, vende et  
da paupéribus, et habébis  
thésaurum in cœlo; et  
veni, séquerere me.

Te Deum.

Commemoratio S. Valen-  
tini Presbyt. et Mart.**DIE XV FEBRUARII.**

Octava

s. Hieronymi Æmil. conf.  
Dupl. min. pro domibus  
professis Romæ, Soma-  
schæ et Venetiarum.

Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lect. de Script. occ.

In secundo Nocturno.

De Sermóne

S. Bernárdi Abbatis.

Serm. 2 de S. Vict. Lect. IV

**C**audéte in Dómino,  
**T** dilectissimi, qui inter

continua suæ pietatis beneficia indulsit hominem mundo, cuius multi salvarentur exemplo. Iterum dico, gaudete, quod factus de medio appropriavit Deo, ut multo plures ejus intercessione salvantur. In terris visus est, ut esset exemplo: in cœlum levatus est, ut sit patrocinio. Hic informatus ad vitam, illic invitatus ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in nos transferre desiderat et supplicantis affectum, et supplicationis fructum. Quid enim querat sibi, qui nullius eget?

¶ Dómine, dux fuisti in misericordia servo tuo, quem redemisti: \* Et portasti eum in fortitudine. ¶ Ad habitaculum sanctum tuum. — Et portasti eum in fortitudine.

## Lectio V.

**H**æc dies gloriæ miserationis ejus, dies lætitiae cordis ejus: exultemus et lætemur in ea. Introivit in potestias Domini: gaudeamus, quia nunc poterior est ad salvandum. Hodie s. Hieronymus posito corpore, tanto alacrior, quanto expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria Sanctorum. Hodie despicio mundo, et mundi principe triumphato, supra mundum victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victoriae. Ascendit autem cum immensa supellétili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Sedet veteranus miles, débita jam suavitate et securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. O venerandam etiam ipsis Angelis sanctitatem, quam parvus studio, etsi dispari vo-

luntáte, et mali fúgitant,  
et frequéntant boni. Nec  
fácile dixerim, quid vi-  
rum ástruat sanctiórem,  
horum favor, aut pavor  
illórum.

R. Factus est infirmus in-  
firmis : ómnibus ómnia  
factus est, \*Ut omnes fá-  
ceret salvos.

V. Omnia autem fecit pro-  
pter Evangélium. — Ut  
omnes fáceret salvos.

Lectio VI.

**O**miles emérite, qui  
christianæ militiæ  
duris labóribus angélicæ  
felicitatis réquiem com-  
mutásti: respice ad im-  
bélles et imbecilles com-  
militónes tuos, qui inter  
hostíles gládios et spi-  
ritáles nequitias tuis láu-  
dibus occupámur. Quam  
pium, quam dulce, quam  
suáve, o Sancte Hieró-  
nyme, in hoc loco affli-  
ctionis et in hoc cór-  
pore mortis te cánere,  
te cólere, te precári !  
Nomen tuum et memo-

riále tuum, favus distil-  
lans in lábiis captivórum,  
mel et lac sub lingua  
eórum, qui tui memória  
delectántur. Eja ergo for-  
tis athléta, dulcis patróne,  
advocáte fidélis, exúrge  
in adjutórium nobis; ut  
et nos de nostra ereptió-  
ne gaudeámus, et tu de  
plena victória gloriéris.  
R. Defecérunt præ lácry-  
mis óculi mei: conturbáta  
sunt viscera mea: \* Effú-  
sum est in terra jecur  
meum.

V. Cum déficeret párvu-  
lus et lactens in plateís:  
— Effúsum est in terra.  
Glória. — Effúsum est.  
In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19 v. 15.

**I**n illo témpore: Obláti  
sunt ei párvuli, ut manus  
eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

Homilia S. Hilárii Episc.

**N**ovum est discípulos

prohibuísse , ne infántes ad Christum accéderent, qui offerebántur, ut super eos manus impóneret et oráret. Res evangélica, ut díximus , inter præséntis et futuri effectum, médiám utríque rei, et cóngruam rationem temperávit: ut his, quæ efficiebántur, futuri spécies adhæréret. Infántes quidem vere oblati sunt. Sed hi géntium forma sunt , quibus per fidem et auditum salus reditum. Verum ex affectu primum salvándi Israél a discipulis inhibebántur accédere. \* Inhibéndi quidem voluntas placabilitati apostólicæ non cónvenit. Sed in typicam consummationem prohibendóram infántium subrépit instínctus. Quos Dóminus ait non oportéra prohibéri , quia tálum sit regnum cœlorum: munus enim , et donum Spíritus Sancti per impositionem manus

et precatiónem, cessante ópere legis, erat géntibus largiéndum.

R. Benedictio peritúri super me veniébat: \* Et cor viduæ consolátus sum.

℟. Justitia indútus sum , et vestivi me: — Et cor viduæ consolátus sum.

### Lectio VIII.

**E**t ecce unus accéssit Opportúne post sermonem superiórem , quo et infántes inhibiti sunt, et tálum esse regnum cœlorum respónsum est, succédit hic júvenis requírens, quibúsnam bonis opéribus vitam habére posset. \*\* Júvenis iste, et interrogávit , et insolens fuit , et rursus mœstus est factus; resque omnes, quæ scriptæ sunt, gestæ, effectæque sunt. Sed admónimus ea , quæ sub Deo agebántur, præséntium effectibus , consequéntium formam præsetulisse, atque ita semper in Scripturis cœlé-

stibus sermónem omnem  
temperátan suisse, ut  
non minus his, quæ ge-  
rebántur, quam eórum,  
quæ gerénda essent, si-  
militúdini conveníret. Jú-  
venis hic itaque formam  
judáici pópuli habet in  
lege insoléntis, et nihil  
præter præcépta Móysi  
spei expectántis a Christo.  
Cui Dóminus in respónso  
severitátem judíci ex se  
futúri protestátus est di-  
cens: Quid me vocas bo-  
num?

**R.** Sit memória illius in  
benedictióne: Et ossa  
ejus púllulent de loco suo.  
**A.** Et nomen ejus permá-  
neat in ætérnum, pér-  
manens ad filios sancti  
viri in glória: — Et ossa  
ejus púllulent de loco suo.

## Lectio IX.

**F**austínus et Jovítia, fra-  
tres, nóbiles Brixianí,  
in multis Itáliae úrbibus,  
quo vinci sæviénte Tra-  
jáni persecutiōne duce-  
bántur, acerbíssima sup-

plícia perpéssi, fortes in  
christiánæ fidei confessió-  
ne perstítérunt. Nam Brí-  
xiæ diu vínculis constrí-  
cti, feris etiam objécti,  
in ignémque conjécti, et  
a béstii et a flamma ín-  
tegri et incólumes ser-  
váti sunt: inde vero iís-  
dem caténis colligáti Me-  
diolánum venérunt: ubi  
eórum fides tentáta ex-  
quisitíssimis torméntis,  
tamquam igne áurum, in  
cruciátibus magis enítuit.  
Póstea Romam missi, ab  
Evarísto Pontífice confir-  
máti, ibi quoque crude-  
lissime torquéntur. Déni-  
que perdúcti Neápolim,  
in ea etiam urbe várie  
cruciáti, vinci mánibus  
pedibúsque in mare de-  
mergúntur, unde per An-  
gelos mirabíliter erépti  
sunt. Quare multos et  
constántia in torméntis,  
et miraculórum virtúte  
ad Christi fidem conver-  
tére. Postrémo redúcti  
Bríxiam início suscépti

38 Infra Octavam s. Hieronymi Æmiliani conf.  
ab Adriáno impérii , se- | Te Deum laudamus.  
cúri percüssi , illústrem | Commemoratio SS. Fau-  
martyrii corónam acce- | stini et Jovitæ marty-  
pérunt. | rum.



SEMEL IN HEBDOMADA

Offic. S. HIERONYMI ÆMILIANI CONF. Semidupl.

Die tamen non impe-  
dita ab Officio 9 lect.,  
et exceptis temporibus  
Adventus, Quadragesimæ,  
Quatuor Temporum, Vi-  
giliarum, sive cum jeju-  
nio, sive absque jejunio,  
feria 2 Rogationum, nec  
non illis feriis, in quibus  
reponendum sit Officium  
Dominicæ, Festi duplicis  
vel semidupl. translati.

Omnia ut in Festo,  
scilicet ut die 8 Februarii  
pag. 4.

In I Nocturno Lect.  
de Script. occur.

In II et III Noct. Lect.  
ut infra, nimirum men-  
sibus

Januario et Februario  
Ut die 8 Februarii p. 4.

Martio et Aprili  
Ut die 11 Februar. p. 18.

Majo et Junio  
Ut die 12 Februarii pa-  
gina 22.  
Julio et Augusto  
Ut die 13 Februar. p. 26.  
Septembri et Octobri  
Ut die 14 Februar. p. 50.  
Novembri et Decembri  
Ut die 15 Februarii, pag.  
33: at 7<sup>a</sup> et 8<sup>a</sup> lectiones  
dividuntur in tres.

Si occurrat Festum  
simplex habens lectionem  
propriam, quæ non sit  
sumpta de communi, di-  
citur de eo nona lectio et  
fit commem. in 1 Vesp.  
Laud. et Missa.

In Missa non dicitur  
nec Glória, nec Credo:  
in Postcommun. omittitur  
annuam; et in fine di-  
citur Benedicámus Dó-  
mino.



## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Ad humillimas preces P. D. Joannis Petri Riva Procuratoris Generalis Congregationis Somaschæ Sacrorum Rituum Congregationi porrectas, quibus supplicabat tum pro translatione festi S. Hieronymi Aemiliani predictæ Congregationis Fundatoris a die octava mensis Februarii ad diem vigesimam Julii, cum elevatione ritus officii ipsius Sancti ad duplice primæ classis cum octava, quam pro adprobatione suprascriptarum Lectionum, et Missæ propriarum tum die festo, tum per ejus octavam recitandarum, Sacra eadem Congregatio, referente Eminentiss. et Reverendis. Domino Card. Rezzonico Ponente, prævia petita Translatione ad diem vigesimam mensis Julii cum elevatione ritus ad duplice primæ Classis cum octava, easdem Lectiones cum Missa proprias, prout jacent, a præfata Eminentia Sua revisas et examinatas, auditio prius etiam R. P. D. Carolo Alexio Pisani fidei Promotore, benigne adprobavit; concessisque, ut in posterum in universa predicta Congregatione in festo et octava ejusdem Sancti Hieronymi ab omnibus dictæ Congregationis Somaschæ, qui ad horas canonicas tenentur, recitari et respective celebrari possint et valeant.*

*Die 15 Martii 1768.*

*Loco  Sigilli.*

**FLAVIUS Card. CRISIUS PRÆFECTUS.**

**V. MACEDONIUS S. R. C. SECRETARIUS.**

## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Sanctissimus Dominus Noster Pius VII Pontifex Maximus ad humillimas preces P. Præpositi Generalis Congregationis Somaschæ, me infrascripto Secretario referente, potestatem fecit cunctis ejusdem Congregationis alumnis, quotannis in posterum in officio S. Hieronymi Æmiliani ad utrasque vesperas et matutinum recitandi suprascriptum hymnum proprium ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Card. de Somalia Sanctitatis Sue in Urbe Vicario, Sacrorumque Rituum Congregationis Præfecto, et D. Aloysio Gardellini Sub-Promotore fidei, loco R. P. D. Hieronymi Napulioni Promotoris fidei absentis, revisum.*

*Die 7 Septembris 1805.*

*Loco  Sigilli.*

**JULIUS M. Card. de SOMALIA**

**S. R. C. Præfector.**

*I. de Carpineo S. R. C. Secretarius.*

**CLERICORUM REGULARIUM****CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.**

*Usque ab anno 1807 nono kalendas Februarii aliquibus collegiis Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ a sanctæ memorie Pio Papa VII apostolicum elargitum fuerit indultum, ut sexto idus Februarii, quæ natalis dies est Sancti Hieronymi Æmiliani Confessoris, memoratæ Congregationis Institutoris, in honorem ipsius sub ritu duplicis minoris officium cum missa persolveretur, quin omitterent principale festum assignatum decimotertio kalendas augusti, hodiernus Reverendissimus Procurator Generalis id in præsentiarum expedit maxime, ut enunciatum officium pro sexto idus Februarii eodem modo extendatur ad universam, qua late patet, suam Somaschensem Congregationem, ac humillimas proinde preces ad Sacram Rituum Congregationem exhibens, apostolicum efflagitavit indultum. Quæ ad Vaticanum hodierna die coadunata in ordinarius comitiis, referente me Secretario, rescribendum censuit. — Pro gratia.*

*Die 7 Decembris 1844.*

*Loco  Sigilli.*

**F. L. Card. MICARA Ep. Ost. et Velit.**

**S. R. C. Præfectus.**

**S. G. Patati S. R. C. Secretarius.**

## CLERICORUM REGULARIUM

## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*In domo non minus Sancti Nicolai in Urbe, quam in altera Sancti Bartholomœi Somaschæ, alumni Congregationis Somaschensis sexto idus Februarii principale festum institutum Sancti Hieronymi Æmiliani fundatoris. Verum quum ex apostolica concessione integra enunciata Congregatio, quæ principale festum celebrat decimotertio kalendas augusti, ipsa die emortuali VIII Februarii recitet de S. Hieronymo sub ritu duplicis minoris, hodiernus Reverendissimus Procurator Generalis, ne alumni ipsi, qui utramque incolunt domum, fraudentur speciali privilegio iterato intra annum cœlestis parentis laudes celebrandi, Sacrorum Rituum Congregationi supplicavit enixe, ut in utraque memorata domo decimotertio kalendas augusti festum s. Hieronymi cum officio et missa instituatur sub ritu dupl. min. servata ipsius Sancti solemnitate ut antea, natali die: Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, audita relatione a me subscripto Secretario, in ordinariis comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis rescripsere. — Pro gratia.*

*Die 7 Decembris 1844.*

*Loco  Sigilli.*

*F. L. Card. MICARA Ep. Ost. et Velit.*

*S. R. C. Praefectus.*

*S. G. Fatati S. R. C. Secretarius.*

## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Quum hodiernus Reverendissimus Pater Procurator Generalis Congregationis Somaschæ Sanctissimum Dominum nostrum Pium IX Pontificem Maximum rogarit enixe, ut ad Domum etiam Professam Congregationis suæ civitatis Venetiarum extendere dignaretur Indultum alias concessum pro Domibus Professis Romæ et Somaschæ, nimirum ut alumnis memoratae domus Venetiis liceat quotannis sexto idus Februarii solemniter celebrare festum Sancti Hieronymi Aemiliani Confessoris atque Institutoris cum officio et missa sub ritu duplicis primæ classis cum octava, atque sub ritu tantum duplicis minoris de memorato Sancto recitare decimotertio kalendas augusti; Sanctitas Sua, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Pro-Secretario, de speciali gratia memoratum Indultum extendit ad Domum Professam Civitatis Venetiarum.*

*Die 9 Decembris 1852.*

*Loco  Sigilli.*

*A. Card. LAMBRUSCHINI S. R. C. Praefectus.*

*Dom. Gigli S. R. R. Pro-Secret.*

**CLERICORUM REGULARIUM  
CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.**

*Quum ardens pietas, qua Religiosa Familia Congregationis Somaschæ fertur erga inclytum Fundatorem suum ac præcipuum apud Deum Patronum Sanctum Hieronymum Æmiliani Confessorem, vehemens in ea excitarit desiderium obtinendi ab hac Sancta Sede Apostolica, ut ea, quæ adhuc de communii recitantur in ejusdem Sancti officio sibi concesso Decretis dierum 15 martii 1768 et 7 septembbris 1805 deinceps persolvi valeant veluti ipsius Sancti propria, R. P. Joannes De cius Libois Procurator Generalis Congregationis ipsius, nomine etiam sodalium suorum, præsertim Provincie Langobardicæ, ubi Sancti Fundatoris corpus asservatur et singulari veneratione colitur, additamenta nonnulla ad Officium ipsum sancti Hieronymi Sacrorum Rituum Congregationi proposuit, ut ea approbare dignaretur, et Clericis Regularibus Congregationis Somaschæ concedere substituenda iis, quæ in supradicto officio de communii habebantur. Que quidem supplicia vota quum Eminentissimus et Reverendissimus D. Cardinalis Constantinus Patrizi Episcopus Albanensis. Sacrorum Rituum Congregationis Præfector et hujus cause Relator proposuerit in ordinariis Sacrorum Rituum comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, omnibus accurato examine perpensis, auditique scripto et voce R. P. D. Andrea Maria Frattini sanctæ fidei Promotore, rescribendum censuerunt. — Pro gralia, et ad Eminentissimum Ponentem cum Promotore fidei. — Per eundem itaque Reverendissimum Cardinalem Patrizi Ponentem una cum enunciato sanctæ fidei Promotore propositis additamentis ad Officium proprium Sancti Hieronymi Æmiliani Confessoris revisis, correctis, et ordinatis, ea uti in exemplari huic decreto prævio adnotantur, Sacra Rituum Congregatio approbavit, concessitque Clericis Regularibus Congregationis Somaschæ. — Die 21 juli 1855.*

*Loco  Sigilli.*

*C. Episcopus Albanen. Card. PATRIZI*

*S. R. C. Præfector.*

*H. Capalti S. R. C. Secretarius.*

## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Pater Antonius Civalieri Procurator Generalis Congregationis Somaschæ Sanctissimo Domino Nostro Pio Papæ VI humilime supplicavit, ut facultatem concederet Patribus suæ Congregationis recitandi semel in hebdomada officium, et missam votivam celebrandi S. Hieronymi Æmiliani Fundatoris ejusdem Congregationis ritu semiduplici, die non impedita. Sanctitas Sua, me infrascripto S. R. C. Secretario referente, gratiam petitam Oratori benigne impetratus est, exceptis temporibus Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec non feria secunda Rogationum, atque illis feriis, in quibus secundum rubricas sit reponendum officium Dominicæ, aut de festo dupli vel semiduplici translato.*

*Die 12 Decembris 1787.*

*Loco  Sigilli.*

*I. Card. ARCHINTUS Praefectus.*

*D. Coppela S. R. C. Secretarius.*

## CLEMENS PP. XIII

UNIVERSIS CHRISTIFIDEL. PRÆSENTES LITTERAS INSPECTURIS  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

*Ad augendam fidelium Religionem et animarum salutem cœlestibus Ecclesie thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus dilecti filii Francisci Mariae Manara, Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ moderni Præpositi Generalis, Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati; omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Cler. Reg. Congr. Somaschæ hujusmodi tam erectis, quam in posterum ubicumque erigendis die octava mensis Februarii a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus: præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu Procuratoris Generalis pro tempore existentis dictæ Congregationis subscriptis, et sigillo ejusdem Congregationis obsignatis, eadem prorsus fides adhibeat, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita vel ostensæ.*

*Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. Die 18 Januarii 1763, Pontificatus nostri anno V.*

Loco ✠ Sigilli.

N. Card. ANTONELLUS.

**DIE XXIX APRILIS.**

OFFICIUM IN FESTO

**SANCTI PETRI MARTYRIS.****DUPL. MAJUS.**Omnia ut in Breviario  
Romano.

Leet. primi Nocturni

**Fratres, debitóres.**

Missa ut in Missali.



## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Quum Clerici Regulares Congregationis Somaschæ festa Sancti Petri Martyris tertio kalendas maii, et S. Pii V Papæ et Confessoris tertio nonas Maii non exigua pietate recolant, ex eo potissimum quia in Festo Sancti Petri Martyris natale Congregationis suæ commemorant, et S. Pius V Congregationem ipsam ad gradum et dignitatem Ordinis Regularis erexit, hodiernus Procurator Generalis Congregationis ipsius desiderio flagrat, ut officia Sancti Petri Martyris et Sancti Pii V Papæ et Confessoris in calendario Congregationis suæ gaudeant ritu duplice majori, ne tam facile a designatis sedibus amoveantur ob occursum aliorum festorum, quæ interdum in aliqua diœcesi impedimento esse possunt, quominus de ipsis Sanctis persolvatur enunciatis diebus; ac desuper hujus Sanctæ Apostolicae Sedis privilegium humillime, instanterque imploravit. Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter tributis, benigne annuit pro utriusque officii requisita ritus elevatione; dummodo rubricæ serventur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.*

*Die 24 Maii 1855.*

*Loco  Sigilli.*

*C. Episc. Albanen. Card. PATRIZI*

*S. R. C. Præfectus.*

*H. Capalti S. R. C. Secretarins.*

## CLEMENS PP. XII

## AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

*Cum, sicut accepimus, Clerici Regulares Congregationis de Somasca ex laudabili eorum instituto vota sua semel quolibet anno die festo S. Petri Martyris juxta eorum Constitutiones renovare consueverint, Nos, ut opus tam pium majorum cum fructu fiat, et ad augendam Clericorum Regularium præfatorum Congregationis devotionem et animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis dictæ Congregationis Clericis Regularibus, nunc et pro tempore existentibus, vere pænitentibus et confessis ac Sacra Communione refectis, qui vota sua in præfato die festo S. Petri Martyris renovaverint, ut præsertur, ac pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pius ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigilla personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostense.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 6 Augusti 1738, Pontificatus nostri anno nono.*

Loco  Sigilli.

Pro D. Card. PASSIONE

*Cajetanus Amatus.*

DIE V MAR.

OFFICIUM IN FESTO

S. PII V PAPÆ ET CONFESSORIS.

DUPL. MAJUS.

Omnia ut in Breviario  
Romano.

Lectiones primi Nocturni

Fidélis sermo.

Missa ut in Missali.



## CLEMENS PP. XII

UNIVERSIS CHRISTIFID. PRÆSENTES LITTERAS INSPECTURIS  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

*Ad augendam Fidelium religionem et animarum salutem celestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, supplicationibus dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Congregationis de Somascha nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere paenitentibus et confessis ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Clericorum Regularium Congregationis de Somascha hujusmodi, tam hactenus erectis, quam in posterum erigendis die festo S. Pii V, die quinta mensis Maii celebrari solito a primis vesperris usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici vel Secretarii dictæ Congregationis subscribitur, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constituta, vel Procuratoris Generalis Congregationis prædictæ munitionis, eadem prorsus fides adhibetur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibite vel ostense.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Pisca-toris, die decima secunda Novembris 1738, Pontificatus nostri anno nono.*

Loco  Sigilli.

Pro D. Card. PASCHYNEO  
Cajetanus Amatus.

DIE XI MAII.

## OFFICIUM IN FESTO

## SANCTI MAJOLI ABBATIS

TITULARIS CLERICORUM REG. CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

## DUPL. I CLASS. CUM OCTAVA.

Omnia de communi  
Conf. non Pontif.

Oratio.

**D**eus, qui perfécte am-  
bulántium coram te  
protéctor es, et merces  
magna nimis: da nobis  
Beáti Majóli abbátis in-  
tercessióne et exémplo  
temporália despícere et  
ad te tota mentis inten-  
tiónē festináre. Per Dó-  
minum nostrum Jesum  
Christum Filium tuum.

## AD MATUTINUM.

Lect. primi Nocturni.  
**J**ustus, si morte.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

**M**ajólus in Provincia  
claris ortus natálii-  
bus, a prima ætate di-

vínis litteris navávit ó-  
peram: et longe a carnis  
illécebris adolescéntiam  
tránsigens, exíum vir-  
ginitatis decus toto póst-  
modum vitæ spátio con-  
stánter præsétulit. Parén-  
tibus humána sorte præ-  
réptis, prædiisque barbá-  
rica invasiónē in solitú-  
dinem redáctis, Matiscón-  
nam expétiit, ubi in fa-  
miliaritatē venit urbis  
illius Episcopi, qui eum  
canonicórum collégio so-  
ciávit. Lugdúnūm dein  
accéssit, ubi sciéntiis ó-  
mnibus splendidius est  
ornátus, multúmque mó-  
ribus et vita profécit. E  
stúdiis Matiscónam re-  
vérsus, per cunctos ec-  
clesiásticos gradus con-  
scéndens ad archidiáconi

officium prémótus est. Ea in dignitate mores ad ecclesiasticæ disciplinæ formam compónens, christiánis virtutibus, máxime charitatem in páuperes excélluit. Subinde in aliorum profectum se se exténdens ex divérsis pártibus ad se veniéntes cléricos gratis libentérque cœpit erudire. Unde ejus fama quaquavérsus diffusa, Vesontiōensi Archiepíscopo mórtuo, ad vacántem pontificátum élctus, haudquáquam assentiri voluit: immo magis ad declinándam glóriam ardéntior factus, de fugiendo sǽculo sério cogitare cœpit.

*N.* Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.*

*X.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum

Dei. — Et dedit illi claritatem æternam.

### Lectio V.

**P**er id tempus Clunia-cum sæpe invisébat et fréquens habébat collóquium cum frátribus, quibus in votis erat, ut tantum virum possent sibi acquirere fratrem, quem póstmodum mere-réntur habére et patrem. Ad ejus vero conversió-nem seu acquisitióñem multum váluit sanctissimi abbatis Aymárdi alloquú-tio. Ut mónochum induit Majólus, singulári præ céteris virtútum stúdio excellébat: ádeo ut non multo post Aymárdus eum bibliothécæ præfécerit. Ab Abbáte aliquándo Romam missus, in itínere quem-dam mónochum ægrotántem sacri ólei unctiōne sanávit. Interea, Aymárdus, ingravescénte ætate, Majólum, consen-tiéntibus frátribus, sibi coadjutórem elégit. Morte

sublato venerabili Abbate, communibus omnium suffragiis electus est Majolus. Quo quidem in natura orationi, jejunio, eleemosynis, humilitati, aliisque pietatis officiis alacriter animum intendens, ita praeclare se gessit, ut miraculo omnibus esset, oraculum principum saeculi habitus, orbem, quantus is erat, fama virtutum implens. Guillermus Provinciae ac Tolosae dux, qui eum amore cultaque praecipuo prosequebatur, jam jam moriturus ab ipso sancti patris Benedicti habitum suscipere voluit. Ea erat Othonis Magni in illum existimatio, ut impérii sui monasteria, tum in Italia, tum in Germania, ejus regimini ac curae committere cuperet, ut ad meliorem frugem omnia revocarentur. Nec impar erat Adelaidis Augustae tum in monasteria

pietas, tum in Majolum reverentia. Eum Otho secundus ob perfectissimam virtutem, eruditonem, ac in rebus maximis gerendis ingenii soleritiam, quam omni modo creari Summum Pontificem satageret: summa contentione vir dignissimus obstitit. Quantus autem nihilominus ejus auctoritate fructus Ecclesiæ universæ adcreverit, nemo unquam digne ac satis explicaverit. Siquidem innumeros mortaliū, tam verbo, quam exemplo ad Christum convértit, exque profundissimo vitiorum ceno mira charitate extraxit, et conditis plurimis passim cœnobii, totoque orbe innumeris penitentias, et præcipue majori monastério ac San-Dionysiáno, vitae suæ imitatores perfectissimos in diversissima et remotissima regna longe latèque distribuit; atque

gentes etiam bárbaras ad mansuetúdinem chri-  
stiánam sectándam per se suósque pelléxit.  
R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum: \* Et ad portas paradísi coro-  
návit eum.

X. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum: — Et ad portas.

## Lectio VI.

Dum ex Italiæ cœnó-  
biis perlustrándis re-  
diret, transcénxis Alpibus,  
a Saracénis cum sóciis  
comprehénsus, lorísque  
religátus, multa indigne  
et diútius passus est. At  
mox ut venerábilis patris  
captívitas ad áures per-  
vénit Cluniacénsum, pre-  
tium ingens colligéntes  
ex iis, quæ vel sibi ne-  
cessária, vel ad ornátum  
repósita erant, quampri-  
mum submisére, sicque  
Majólus et álii omnes li-  
bertáte donáti sunt. Jam  
vero ætate provéctior et

óbitum suum præséntiens,  
Odilónem páulo post ex-  
áctum ejus tyrocínium, in abbatiali dignitaté vi-  
carium ac successórem  
elígere curávit: quod ó-  
mnium fratrum cálculis  
comprobátum fuit. Bién-  
nio ante vitæ téminum  
a público prorsus abstí-  
nuit, própriæ suæ ipsius  
salúti in lectióne et ora-  
tione et fratrum profé-  
ctibus se totum impén-  
dens. Vidébant in effécto  
sene recaléscere mentis  
fervórem, et quasi juve-  
nili vigóre præditum cor-  
pus ad ómnia pietatis et  
labóris consuéti officia  
expeditum famulári. In-  
terim Majólus ab Hugóne  
rege, cui acceptíssimus  
erat, Parísiis invitátur  
ad componéndum Diony-  
siáni monastérii statum,  
ubi reguláris disciplína  
deserbúerat. Nec mora,  
ítineri se accingit, nulla  
senectutis hábita ratió-  
ne, licet finem vitæ suæ

jam instare non ignoraret. Namque Arvernensem pagum ingrēssus apud Sylviniacum morbo corrēptus plācide obdormīvit in Dōmino, quinto idus majas, anno salūtis nongentésimo nonagésimo quarto, et in basilica sancti Petri, præsente Hugóne rege, humátus est, ubi póstea innúmeris miraculis cláruit. Cujus vitam et virtutes filiali cálamo sanctus Odilo descripsit.

**R** Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum : Ingrédere in réquiem meam : \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

**V** Iste est, qui contépsit vitam mundi, et pervénit ad cœlestia regnū : — Quia glória Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.  
Lectiones de Homilia in Evangelium Ecce nos de communi Abbatum.

Missa Os justi de communi Abbatum.

Prima Oratio ut in officio.  
Credo per totam octavam.

#### DIE XIII MASS.

Tertia infra Octavam s. Majoli abbatis, Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermóne

S. Joánnis Chrysóstomi.

De S. Philogonio.

Lectio IV.

**A**d hanc beátam rém quiem tránsiit beatus Majólus. Quænam igitur oratio par sit viri láudibus, quem Deus tam felici sorte dignátus est? Non est ulla. Sed age, dic mihi : Num idecirco silébimus ? Et cujus rei grátia convénimus ? An dicémus nos haud posse magnitudinem gestorum oratione cónsequi? Atqui ob hoc ipsum nécessē est dicere, quandóquidem

haec est præcipua láudum illius pars, quod factis verba æquiparári non possint. Nam quorum benefacta natúram étiam súperant mortálem, perspicuum est, quod horum láudes excédunt linguam humánam. Haud tamen ob id aspernábitur offíciū nostrum, quod pro víribus præstámus, sed suum imitábitur Dóminum: síquidem et ille víduæ duos tantum óboles dejiciénti in gazophyláciū, non tantum duórum obolórum mercédem, sed multo amplius réddidit.

*A.* Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \*Et dedit illi claritátem ætérnam.

*B.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. — Et dedit illi claritátem ætérnam.

## Lectio V.

**P**roinde quanvis nostræ facultátes exiguæ sint, minimique prétiū attamen, quæ pòssumus, offérimus. Ea licet non respóndeant magnitúdini meritórum ánimæ præclári justiqüe Majóli, tamen hoc ipsum celsítudinis illius máximum fúerit arguméntum, quod nec pusilla repéllat, sed idem fáciat, quod solent divites. Síquidem illi, cum accéperint a tenúibus exigua, quibus non egent, sua vicíssim appónunt, remunerántes eos, qui, quod pótérant, obtulerint. Itidem et hic, cum accéperit a nobis láudem verbis peráctam, qua nequáquam eget, redonábit nobis per ipsa facta benedictiónem, qua semper uti possímus.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum: \*Et

60 Infra Octavam s. Majoli abbatis.

ad portas paradisi coronavit eum.

¶ Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas.

Lectio VI.

**U**nde igitur laudatió-nem illius auspicábi-mur? An a magistrátu, quem spíritus illi trádidit grátia? Nam mundáni magistrátus nequáquam possunt christianórum de-monstráre virtútes, quin pótius frequénter ha-bent accusatiónen malitiæ. Quam ob causam? Quóniam et sollicitúdines amicórum, et circumcur-satiónes, et adulatiónes, áliaque permúlta his fœ-dióra tales magistrátus solent conciliáre. Céterum ubi Deus suo suffrágio designárit áliquem, incorrúptum suffrágium, a-liénum ab omni suspicio-ne judícium, indubitáta fuerit delécti comprobá-tio, propter ejus, qui de-légit, auctoritátem.

R. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi ju-stum coram me ex ómni-bus géntibus.

¶ Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cœlestia regna: — Quia. G lória Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19.  
**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te: quid er-go erit nobis? — Et réliqua.

De Homilia  
Venerabilis Bedæ Presb.  
Ex Comm. in Luc. l. 5 c. 18.  
**D**uo sunt órdines elec-tórum in judicio fu-turi: unus judicántium cum Dómino, de quibus hoc loco mémorat, qui reliquérunt ómnia et se-cuti sunt illum: álius ju-

dicandórum a Dómino, qui non quidem ómnia sua páriter reliquéunt, sed de his tamen, quæ habébant, quotidiánas dare eleemosynas Christi paupéribus curábant: unde et auditúri sunt in judicio: Venite, benedicti Patris mei, possidéte præparátum vobis regnum a constitutióne mundi. Esurívi enim, et dedístis mihi manducáre: sitívi, et dedistis mihi bibere.  
 R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: \* Ipse intercédat pro pecáatis ómnium populórum.  
 R. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, abstinens se ab omni ópere malo, et pérfidus in innocéntia sua. — Ipse.

## Lectio VIII.

**S**ed et reprobórum duos ibi futúros órdines, Dómino narránte, comperimus: unum eó-

rum, qui fidei christiánæ mystériis initiáti, ópera fidei exercére contém-nunt, quibus in judicio testátur: Discédite a me, maledicti, in ignem ætérnum, qui præparátus est diábolo et ángelis ejus: esurívi enim, et non dedístis mihi manducáre. Alterum eórum, qui fidem et mystéria Christi, vel numquam suscepére, vel suscéptam per apostasiam deseruére; de quibus dicit: Qui autem non credit, jam judicátus est: quia non credit in nómine Unigéniti Filii Dei.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: \* Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis.

R. Vigiláte ergo, quia ne-scítis, qua hora Dómi-nus vester ventúrus sit. — Et vos.

R. Lória Patri. — Et vos.

62 Infra Octavam s. Majoli abbatis.

Lectio IX.

V erum his cum timó-re et pavóre débito paullisper commemorátis, ad lætissima pótius Dómini et Salvatóris nostri promissa convertámus audítum. Videámus quæ tantæ grácia pietátis: non ætérnæ tantúmmodo vitæ præmia suis sequáci-bus, sed et præséntis mún-nera pollicétur exímia. Et omnis, inquit, qui relíquerit domum, vel fra-tres, aut soróres, aut pa-trem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accí-piet et vitam ætérnam possidébit. Qui enim terré-nis afféctibus sive posses-siónibus pro Christi disci-pulátu renuntiáverit, quo plus in ejus amórem pro-fécerit, eo plures invéniet, qui se intérno suscipere afféctu, et suis gáudeant sustentáre substántiis.  
Te Deum.

In Vesperis, commemo-rat. s. Bonifacii Martyris.

DIE XIV MAI.

Quarta infra Octavam s. Majoli abbatis, Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermóne

S. Joánnis Chrysóstomi.

Lectio IV.

Q uantum autem sit pie-tatis arguméntum, quod Deus illum tanto magistrátu dignum judi-cárit, audi. Christus ex-citátus a morte quid di-cit Petro? Postquam e-nim illum interrogáisset: Petre, amas me? isque respondísset: Tu, Dómine, scis quod amo te; dicit illi: Si diligis me, pasce oves meas. Hoc autem dicébat, non solum ut nobis certissime declaráret, quantóper ipsum diligeret Petrus: verum étiam ut palam fáceret,

quantam habéret benevoléntiam erga suas oves. Itaque si quis voluerit illi commendátus esse , curam hábeat óvium illius, pùblicam quærat utilitátem, fratrum suórum salúti prospiciat.

R. Honéstum fecit illum Dóminus , et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem aeternam.

R. Justum deduxit Dóminus per vias rectas , et osténdit illi regnum Dei. — Et dedit.

## Lectio V.

**N**ullum enim officium hoc Deo cárius est , et ob id alicubi dicit : Simon , Simon, expetivit te Sátanas , ut cribráret te tánquam triticum ; sed ego rogávi pro te , ne deficiat fides tua. Quid igitur hujus sollicitúdinis, curæque præmium mihi repéndis? Eámdem curam, quam nobis impéndit, re-

póscit. Nam: Et tu, inquit, aliquando convérsus confirma fratres tuos. Neque prorsus ália res est, quæ perinde déclareret, doceátemque, quis sit fidélis et amans Christi , quam si fratrum curam agat, próque illórum salúte gerat sollicitúdinem.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum , stólam gloriæ induit eum : \* Et ad portas paradisi corónavit eum.

R. Induit eum Dóminus loricam fidei , et ornávit eum. — Et ad portas.

## Lectio VI.

**I**llae omnes áudiant et mónnachi , qui móntium occupárunt cacúmina , quique modis ómnibus seípsos mundo crucifixérunt , quo pro viribus Ecclesiárum præfécitos adjuvent , horúmque curas léniant préci- bus, concórdia, charitáte; scientes, quod nisi modis ómnibus opituléntur iis ,

qui tot periculis objiciuntur per gratiam Dei, totque negotiorum curas sustinent, quibuscumque possunt rationibus, auxiliantur, quamquam procul habitantes, et victus sors ipsis periisset, et tota in scopolum impegisset sapientia.

**R**̄ Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingridere in requiem meam: \* Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

**N**̄ Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. — Quia te vidi.

**Glória Patri. — Quia.**

In tertio Nocturno

**Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.**

**Lectio VII. Cap. 19 v. 27.**

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? — Et reliqua.

### Homilia

S. Joannis Chrysostomi.  
Homil. 7 in c. 5 ad Rom.

**S**i céntuplum hic non recipimus, nos ipsi in causa sumus, qui mutuum non damus illi, qui tantum reddere potest. Dic enim, quæso, quid magni dedit Petrus? nonne rete scissum tantum, et calamum, et hamum? Verum vicissim illi Deus universi orbis domos apéruit, terramque simul et mare patefecit, deditque ut omnes illum in sua vocarent, imo quæ sua erant, venderent, et ad illius pedes afférrent, ne in manus quidem tradentes pecuniā; neque enim id audabant, tantum illi honorem una cum munificētia tribuēbant.

**R**̄ Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dóminum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

**X.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. — Ipse.

Lectio VIII.

**D**ices: At ille Petrus erat. Quid tum, o bone? Non ista Petro tantum promissa sunt; neque enim dixit: Tu vero, o Petre, centuplum accipies solus; sed: Quisquis reliquerit domos, aut fratres, centuplum accipiet. Personarum siquidem differentiam non cognoscit, sed reete facta magis pensat. Gratiā e-  
nīm habet Deus, et cum nobis debet, et cum solvit. Aspicit autem creditores suos libentius, quam eos, qui nihil mutuo dedērunt: quibus vero plura debet, eos et plus diligit. Quamobrem si perpétuam cum illo amicitiā inire vis, vide, ut multum tibi débeat,

**E** Sint lumbi vestri præ-

cincti, et lucernæ ardentes in manib⁹ vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis.

**X.** Vigilate ergo, quia necscitis qua hora dominus vester venturus sit. — Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio IX.

**B**onifacius, civis romanus, quod cum Aglaë nobili matrona impudice versatus esset, tanto illius intemperantiae dolore captus est, ut pœnitentiæ causa se ad conquerenda et sepelienda martyrum corpora contulerit. Itaque relictis peregrinationis sociis, cum Tarsi multos propter christianæ fidei professionem variis tormentis cruciatos vidisset, illorum vincula osculatus, eos vehementer hortabatur, ut constanter supplicia perférrent, quod brevem laborem sempiterna requies consecutura

sit. Comprehénsus igitur, férreis úngulis excarnifi-cátus est, cui etiam inter mánuum úngues et carnem acúti cálami sunt infixi, plumbúmque liquefáctum in os ejus infúsuum. Qui-bus in cruciátibus ea vox tantum Bonifácii audiebá-tur: Grárias tibi ago, Dó-mine Jesu Christe Fili Dei. Mox in ollam fervén-tis picis, demisso cápite, conjéctus est; unde cum inviolátus exísset, ira in-cénsus judex, eum secúri-percuti jubet. Quo témpo-re magnus terræmóitus fa-ctus est, ita ut mul̄ti infi-déles ad Christi Dómini fi-dem converteréntur. Eum sequénti die quæréntes sócii, cum martyrio afféctum cognovíssent, quin-géntis sólidis ejus corpus redemérunt, et condítum unguéntis, linteisque in-volútum, Romam portán-dum curárunt. Quod fa-ctum cum ab Angelo A-glaë matróna, quæ et ipsa

pœnitens se piis opéribus addixerat, cognovísset, pródiens óbiam sancto córpori, Ecclésiam ejus nómine ædificávit, in qua corpus sepultum est no-nis júnii, cum ejus áni-ma prídie idus maii apud Tarsum Cilíciae urbem mi-grásset in cœlum, Diocle-tiáno et Maximiáno impe-ratóribus.

Te Deum.

#### DIE XV MAI.

Quinta infra Octavam s. Majoli abbatis, Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joánnis Chrys.

Serm. de Mart. tom. 5.

Lectio IV.

**Q**ui Sanctórum mérita religiosa charitáte mirátur, quique justórum glórias frequénti laude collóquitur, eórum mores sanctos atque justitiam imitétur: quóniam quem

delectat sancti alicujus méritum, deléctare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare aut imitári debet, si láudat: aut laudáre non debet, si imitári detréctat; ut qui álium láudat, laudábilem se reddat, et qui Sanctórum mérita admirátur, mirabilis ipse vitæ sanctitáte reddátur. Nam si propterea justos fidelésque diligimus, quod in ipsis justitiam fidémque suspícimus, póssumus nos quoque esse quod sunt, si faciámus ipsi quod fáciunt.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum:<sup>\*</sup> Et dedit illi claritátem æternam.

R. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. — Et dedit.

## Lectio V.

N eque enim difficile nobis est, quod ab ipsis

géritur, imitári, cum sine præcedénti exémplo ab antiquis tália gesta conspícimus: ut non ipsi aliórum æmuli redderéntur, sed æmulándæ virtútis seípsos nobis præbérant exéplum: ut dum nos ex ipsis, et ex nobis álii proficiunt, sic Christus in suis semper servis in Ecclésia sancta laudétur. Unde ab origine mundi innocens Abel occíditur, Enoch Deo placens transfértur, justus Nöe inventur, Abraham fidélis probátur, Móyses mansuétus dignóscitur, Joseph castus, David lenis, Eliás accéptus, Dániel sanctus, tres púeri victóres redéuntur.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum:<sup>\*</sup> Et ad portas paradísi coronávit eum.

R. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas.

## Lectio VI.

**A**póstoli discipuli Chri-  
Asti, credéntium ma-  
gístri habéntur: e quibus  
erudití Confessóres for-  
tíssimi pugnant, Mártyres  
perfécti triúphant, et  
christiáni semper exér-  
citus diábolum Deo armáti  
debéllant. In istis semper  
pares virtútes, dissimiles  
pugnæ, gloriósæ victóriæ.  
Unde tu, Christiáne, deli-  
cátus es miles, si putas te  
posse sine pugna vínce-  
re, sine certámine trium-  
phare. Exere vires, fórtiter  
dímica, atróciter in prælio  
isto concécta. Considera  
pactum, conditióнем at-  
ténde, militiam nosce: pa-  
ctum quod spōndistī,  
conditióнем qua accessistī,  
militiam cui nomen dedisti.

**I**n Iste homo perfécit ó-  
mnia, quæ locútus est ei  
Deus, et dixit ad eum:  
Ingrédere in réquiem  
meam: Quia te vidi ju-  
stum coram me ex ómni-  
bus géntibus.

**¶** Iste est qui contémpsit  
vitam mundi et pervénit  
ad coeléstia regna. — Quia.  
Gloria Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19 v. 27

**I**n illo témpore: Dixit  
Petrus ad Jesum: Ecce  
nos reliquimus ómnia, et  
secúti sumus te: quid ergo  
erit nobis? — Et réliqua.  
Homilia s. Ambrósii Episc.  
In Ps. 118. Serm. 8 post init.

**E**cce nos ómnia dere-  
líquimus, et secúti su-  
mus te. Hoc est, non quæ-  
sívimus quæ sæculi sunt,  
non quæsívimus partem de  
possessióníbus, sed te e-  
légimus portiónem. Reli-  
quisti ergo ómnia, Petre,  
quæ habébas; unde ha-  
bes quod habére te dicis?  
Surgit claudus, et sono  
tui sermónis erígitur :  
sanitátem áliis donas, qui  
indigébas ipse tuæ salú-  
tis auxilio. Reliquisti er-  
go quæ habébas, et cœpisti

quæ non habébas. Christus tibi pörtio, Christus tibi posséssio est: illius nomen tibi muníficum, illius nomen tibi est fructuósum, illius nomen tibi tribúta depéndit, et bona tribúta, non pecúniae, sed gratiæ.

**V.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operá tus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.

**V.** Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, abstinens se ab omni ópercere malo, et pérmanens in innocéntia sua. — Ipse.

### Lectio VIII.

**Q**uicúmque reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut fratres, aut soróres, céntuplum accípiet in hoc sæculo, et vitam ætérnam possidébit. Multos quídem in hoc sæculo, qui sua paupéribus donavérunt, uberiore thesáuro locupletátos fuisse

cognóvimus. Est pulchér- rimus locus, ut étiam ad misericórdiam provocén- tur. Sed non debent a Dómino sæculárem hujús- modi exigere mercédem, nec speráre quæ mundi sunt: sed magis, quia iis, qui ómnia reliquerint, Deus pörtio est. Ipse est útique merces perfécta virtútum, qui non céntu- pli enumeratióne, sed perféctæ plenitúdinis aestimatióne censétur. Ego inquit, Deus tuus sum. Non dixit: Ero; sed: Jam sum, jam inhábito, jam possideo.

**R.** Sint lumbi vestri præ- cincti, et lucernæ ardéntes in mánibus vestris: Et vos símiles homínibus expectántibus dómum suum, quándo revertátur a nuptiis.

**V.** Vigiláte ergo quia ne- scítis, qua hora Dómi- nus vester ventúrus sit.

— Et vos.

Glória Patri. — Et vos.

*Lectio IX.*

**H**abes homo inter multa propósita etiam hujusmodi portiónem. Propósuit tibi Dóminus in portíone possessíones, in portíone áurum, in portíone argéntum, in portíone honóres, in portíone nobilitátem; propósuit etiam in portíone seípsum. Habes igitur plúri- mas portíones, elige quam putas: non te númerus pertúrbet, sed exicit grátia; non te labor avér- tat, sed fructus invitet. Te Deum.

**DIE XVIII MAI.**

Octava  
s. Majoli abb. Dupl. min.  
Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura  
occurrente.

In secundo Nocturno.

*De Sermóne*

S. Bernárdi Abbátis.  
Serm. 2 de S. Vict. Lect. IV.

**G**audéte in Dómino,  
G dilectíssimi, qui inter

continua suæ pietatis be- neficia indúlsit hóminem mundo, cuius multi sal- varéntur exémplo. Iterum dico, gaudéte, quod fa- cts de médio appropiávit Deo, ut multo plures ejus intercessióne salvéntur. In terris visus est, ut es- set exémplo: in cœlum levátus est, ut sit patro- cínio. Hic infórmat ad vitam, illic invítat ad gló- riā. Factus est mediátor ad regnum, qui fuit in- citátor ad opus. Bonus mediátor, qui sibi jam póstulans nihil, totum in nos transférre desíderat et supplicántis affectum et supplicatiónis fructum. Quid enim quærat sibi, qui nullius eget?

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit il- lum: \* Et dedit illi clari- tétem ætérnam.

v. Justum dedúxit Do- minus per vias rectas,

et osténdit illi regnum  
Dei. — Et dedit.

## Lectio V.

**H**æc dies gloriósæ mi-  
gratiónis ejus , dies  
lætitiæ cordis ejus : e-  
xultémus et lætémur in  
ea. Introívit in poténtias  
Dómini: gaudeámus, quia  
nunc poténtior est ad  
salvándum. Hódie sanctus  
Majólus, pósito corpore,  
tanto alárior , quanto  
expeditior penetrávit in  
sancta, símilis factus in  
glória sanctórum. Hódie,  
despécto mundo et mun-  
di príncipe triumpháto ,  
supra mundum victor a-  
scéndit, accipiens de ma-  
nu Dómini corónam vi-  
ctoriæ. Ascéndit autem  
cum imménsa supelléctili  
meritórum, clarus triúm-  
phis, miráculis gloriósus.  
Sedet veteránus miles ,  
débita jam suavitáte et  
securitaté quiétus: secú-  
rus quidem sibi, sed no-  
stri sollicitus. O venerán-  
dam étiam ipsis Angelis

sanctitátem , quam pari  
stúdio , etsi dispari vo-  
luntáte, et mali fúgitant,  
et frequéntant boni. Nec  
fáciile dixerim , quid vi-  
rum ástruat sanctiórem,  
horum favor aut pavor  
illórum.

**N**. Amavit eum Dóminus,  
et ornávit eum: stélam  
gloriæ induit eum: Et  
ad portas paradísi coro-  
návit eum.

**X**. Induit eum Dóminus  
lorícam fidei, et ornávit  
eum. — Et ad portas.

## Lectio VI.

**O**mnes emérite , qui  
christiánæ milítiae  
duris labóribus angélicæ  
felicitatís réquiem com-  
mutásti: résponce ad im-  
bélles et imbecilles com-  
militónes tuos, qui inter  
hostiles gládios et spi-  
ritáles nequitias tuis láu-  
dibus occupámur. Quam  
pium, quam dulce, quam  
suáve , o sancte Ma-  
jóle , in hoc loco affli-  
ctionis et in hoc cór-

pore mortis te cárere ,  
te cólere , te precári !  
Nomen tuum et memo-  
riále tuum, favus distil-  
lans in lábiis captivórum,  
mel et lac sub lingua  
eórum, qui tui memória  
delectántur. Eja ergo for-  
tis athléta, dulcis patróne,  
advocáte fidélis , exúrge  
in adjutórium nobis; ut  
et nos de nostra ereptió-  
ne gaudeámus, et tu de  
plena victória gloriéris.

R. Iste homo perfécit ó-  
mnia, quæ locútus est ei  
Deus , et dixit ad eum:  
Ingrédere in réquiem  
meam: \* Quia te vidi ju-  
stum coram me ex ómni-  
bus géntibus.

J. Iste est, qui contémpsit  
vitam mundi, et pervénit  
ad cœlestia regna: — Quia.  
G lória Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19 v. 27.

**I**n illo témpore : Dixit  
Petrus ad Jesum: Ecce

nos reliquimus ómnia, et  
secúti sumus te: quid er-  
go erit nobis? — Et ré-  
liqua.

De Homilia

S. Bernárdi Abbátis.

Decl. de Ev. hujus verbis.

**E**cce enim dixi: Nihil  
in me sedet, sed cun-  
cta in motu sunt, ómnia  
nutant, flúctuant univér-  
sa. Postrémo ubi concu-  
piscit adhuc caro advér-  
sus spíritum, spíritus ad-  
vérsus carnem, quidnam  
hóminis sedére vidétur?  
Jam quidem sedet Filius  
hóminis in sede majestá-  
tis: siquidem ascéndens in  
cœlum sedet a dextris  
Dei. Sed : Cum séderit;  
dictum est, hoc est, cum  
apparúerit sedens , sicut  
Apóstolus ait: Cum enim  
Christus apparúerit vita  
vestra, tunc et vos appa-  
rébitis cum illo in glória.  
Quid gloriósius ? Júdicent  
nunc et præjúdicent su-  
pérbiæ filii; cum rege suo  
sédeant, qui sibi látera

Aquilónis élégit: transíbimus, et ecce non erunt.  
 R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operáthus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.  
 V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua: — Ipse.

## Lectio VIII.

In séibus enim quies imperturbáta est, in iudicio dignitatis eminéntia commendátur. Quis vero sæculáris honor ex cogitári potest, qui non prorsus in tantæ sublimitatis comparatióne viléscat? Non unius síquidem civitatis aut pópuli seu regiónis unius, sed universitatis júdices habent præsidére cum Christo. Nec solum hómines, sed et ipsos Angelos júdicabunt, qui paréntem ad módicum vapórem

præséntis gloriæ dedi gnáentes et exsufflantes, impropérium Christi univerásis præferunt titulis dignitátum.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardéntes in mánibus vestris: Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a nuptiis.

V. Vigiláte ergo, quia ne scítis, qua hora Dóminus vester ventúrus sit. — Et. Glória Patri. — Et vos.

## Lectio IX.

Ilud ego vehéméntius árbitror admirándum, quod fidéles magis in máximo, quam in módico videámini. Non enim difícile est ei dare céntuplum in præsénti, qui datúrus est vitam æternam in futúro. Sed quómodo, inquit, possunt hæc fieri? Qua ratióne áccipit céntuplum, qui nihil sibi relinquit ex ómnibus? Mira nótitas, sed ejus,

74 Infra Octavam s. Majoli abbatis

qui nova facit ómnia.  
Jugum tollens , invenit  
réquiem ; relinquens ó-  
mnia , céntuplum habet.  
Nóverat hoc et ille, qui  
loquebátur in Psalmo :

Numquid adhæret tibi se-  
des iniquitatis, qui singis  
laborem in præcépto? An  
non fictus in præcépto  
labor , onus leve , suáve  
jugum, crux inuncta ?



## EXCERPTA

## EX CONSTITUTIONIBUS CLERICORUM REGULARIUM

Congregationis Somaschæ (lib. 2 cap. 3 num. 4).

*Dies festi sanctorum Augustini et Majoli duplice ritu cum octava apud nos ita solemniter celebrentur, sicut et Patroni Ecclesiae cuiuscumque loci.*



## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*R. P. Franciscus Rosselli Procurator Generalis Congregationis Somaschæ exponens huic Sanctæ Sedi Apostolicæ Clericos Regulares sue Congregationis ex prescripto constitutionum a sanctæ memoriae Urbano Papa VIII approbatarum agere diem festum sancti Majoli Abbalis sub duplice rito cum octava, sicut et Patroni Ecclesiæ cuiuscumque loci, addere non prætermisit ejusdem Sancti officium cum missa integre de communi huc usque recitari consuevisse. Ut itaque in posterum ampliores cultus significationes Sancto Majolo tribuantur, idem Procurator Generalis a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX supplicibus votis postulavit, ut ad Congregationem Somascham extendere dignaretur lectiones illas proprias ejusdem Sancti, quas ordinis Sancti Benedicti alumni recitant. Sanctitas vero Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne annuit, ut a Clericis Regularibus Congregationis Somaschæ officio et missæ de communi in honorem Sancti Majoli addi queant lectiones secundi nocturni proprie, et oratio pariter propria nuperrime pro congregatione Gallica ordinis Sancti Benedicti approbata et a rito monastico ad formam breviarii romani reductæ, ut in exemplari huic decreto prævio, dummodo rubricæ serventur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.*

*Die 26 Martii 1857.*

*Loco  Sigilli.*

*C. Episc. Albanen. Card. PATRIZI*

*S. R. C. Præfector.*

*H. Capalti S. R. C. Secretarius.*

**DIE XX JULII.**

Officium in festo

s. Hieronymi Æmil. conf.  
et Cleric. Regul. Congreg.  
de Somascha fundatoris.  
Dupl. I class. cum Octava.

Officium ut die 8 Februarii, pag. 4.

Missa ut in Missali sub  
hac die 20 Julii, cum  
Credo per tot. octavam.

Pro domibus professis  
Romæ, Somaschæ et Venetiarum dupl. min.

Omnia ut supra, cum  
commemorat. s. Margaritæ Virg. et Mart.

Missa sine Credo.

**DIE XXI JULII.**

Secunda infra Octavam  
s. Hieronymi Æmil. conf.  
Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura  
occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrys.  
In orat. de s. Philog. t. 3.

Lectio IV.

**B**eati Hierónymi dies,  
cujus festivitatem ce-

lebrámus, ad ipsius re-  
cete factórum enarratio-  
nem línguam nostram  
evocávit: síquidem hódie  
Beátus iste ad tranquí-  
llam, omnisque perturba-  
tiónis expértem vitam  
tránsiit: eóque navigium  
áppulit, ubi deinceps non  
póterit metúere naufrá-  
gium, nec ullam ánimi  
perturbatióñem aut do-  
lórem. Et quid mirum  
est, si locus ille purus  
est ab omni moléstia á-  
nimi, cum Paulus homí-  
nibus adhuc in hac vita  
degéntibus loquens dicat:  
Semper gaudéte, sine in-  
termisióne oráte?

¶ Dómine, dux fuísti in  
misericórdia servo tuo,  
quem redemisti: Et por-  
tásti eum in fortitúdine.

¶ Ad habitáculum san-  
ctum tuum. — Et por-  
tásti eum in fortitúdine.

Lectio V.

**Q**uod si hic, ubi mor-  
bi, ubi insectatiónes,  
ubi præmatúræ mortes,

ubi calumniæ, ubi invidiæ, ubi perturbationes, ubi iræ, ubi cupiditatis, ubi innumerabiles insidiæ, ubi quotidianæ sollicitudines, ubi perpétua sibiique succedentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri posse, ut semper gaudeamus; si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte composuerit, multo magis postquam hinc demigraverimus, facile compotes erimus ejus boni, cum haec omnia sublata fuerint, adversa valetudo, morbi, peccandi materia, ubi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, et quidquid est malorum in vitam nostram invehens, innumeraque gignens bella.  
 ¶ Factus est infirmus infirmis: omnibus omnia factus est: \*Ut omnes faceret salvos.

¶ Omnia autem fecit propter Evangelium. — Ut omnes faceret salvos.

## Lectio VI.

**Q**uamobrem maximó-pere grátulor hujus Sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc, quæ apud nos est, civitatem reliquit; tamen in alteram adscriptus est civitatem, nempe Dei, et disgréssus ab hac Ecclésia, ad illam pervenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cœlis, ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem Angelorum. Etenim quod et civitas sursum sit, et Ecclesia, et celebitas, audi Paulum dicéntem: Accessistis ad civitatem Dei viventis, Jerúsalem cœlestem, et Ecclésiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, et ad multorum milium Angelorum frequentiam.

R. Defecérunt præ lacry-

mis oculi mei: conturbáta sunt viscera mea: Effúsum est in terra jecur meum.

¶. Cum déficeret párvulus et lactens in platéis: — Effúsum est.

G lória. — Effúsum est.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattheum.

Lectio VII. Cap. 19.

**I**n illo tempore: Oblati sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

De Homilia

S. Joánnis Chrysóstomi.  
Homil. 62 in Matth.

**I**dcirco illi póstquam tentando maledictum sibi attráxerant, recessérunt: púeri vero benedictiōnem habuére, útpote illis omnibus immunes. Simus ergo nos ut púeri, et malitia infantes. Neque enim póssemus, non póssemus certe álio modo cœlum vidére: sed necesse prorsus in gehénnam

incidere eum, qui sit frauduléntus, et improbus. Imo ante gehénnam hic quoque extréma patiémur. Nam si malus fúeris, inquit, solus háuries mala: si autem bonus, et tibi et proximo bonus eris. Animadvértas enim ita quoque prisce aetum esse.

¶. Benedictio peritúri super me veniébat: \* Et cor víduæ consolátus sum.

¶. Justitia indútus sum, et vestívi me: — Et cor víduæ consolátus sum.

Lectio VIII.

**N**ihil enim sceléstius Saule fuit, neque simplicius Dávide. Quis ergo fórtior fuit? An non bis illum præ manib⁹ hábuit David, et cum posset occidere, abstinuit? An non illum quasi sagena et carcere conclúsum hábuit, et pepérct ei? Etiamsi alii concitarent ipsum, etiamsi ille innúmeras quærimóniae cáusas habéret, attamen sal-

vum dimisit. Quamquam Saul ipsum cum toto exércitu insequebátur, Davidque cum páucis fugitívis omni spe destitútis errábat, intercéptus, a loco in locum tránsiens: attamen fugitívus regem superávit, quia ille cum simplicitáte, Saul cum malitia castramentabátur.  
 ¶ Sit memória illius in benedictióne: "Et ossa ejus púllulent de loco suo.  
 ¶ Et nomen ejus permaneat in ætérnum, permanens ad filios sancti viri in glória: — Et ossa ejus púllulent de loco suo. Glória Patri. — Et ossa ejus púllulent de loco suo.

## Lectio IX.

Pro s. Praxede Virg.  
**P**raxédes virgo romána, Pudentiánæ virginis soror, Marco Antoníno imperatóre christiános persequénte, eos facultáibus, ópera, consolatióne et omni charitáti officio prosequebátur.

Nam aliøs domi occultábat: alios ad fidei constántiam hortabátur: aliórum córpora sepeliébat: iis, qui in cárcere inclúsi erant, qui in ergástulis exercebántur, nulla re déerat. Quæ cum tantam christianórum stragem jam ferre non posset, Deum precáta est, ut si mori expediret, se a tantis malis eriperet. Itaque duodécimo kaléndas augústi ad pietatis præmia vocátur in cœlum. Cujus corpus a pastóre presbytero in patris et sororis Pudentiánæ sepúlchrum illátum est, quod erat in cœmetério Priscillæ via Salária.

In Vesperis, commemorat. s. Mariæ Magdalénæ.

**DIE XXIV JULII.**

Quarta infra Octavam s. Hieronymi Æmil. conf. Semid. Omnia ut in festo

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálium  
sancti Gregórii Papæ.  
Lib. 10 c. 16 in c. 12 Job.

Lectio IV.

**D**eridétur justi simplicitas. Hujus mundi sapiéntia est cor machinatiónibus tégere, sensum verbis veláre; quæ falsa sunt, vera osténdere; quæ vera sunt, falsa demonstráre. Hæc nimírum prudéntia usu a juvénibus scitur, hæc a púeris préfatio discitur: hanc qui sciunt, cæteros despiciéndo supérbiunt: hanc qui nésciunt, subjécti et tímidi in áliis mirántur: quia ab eis hæc éadem duplicitatis iniquitas nōmine palliáta diligitur, dum mentis pervérsitas urbánitas vocátur. Hæc sibi obsequéntibus præcipit honórum culmina quærere, adépta temporális glóriæ vanitáte gaudére, irrogáta ab áliis mala multiplicius réddere:

cum vires súppetunt, nullis resisténtibus cédere: cum virtútis possibilitas deest, quidquid explére pér malitiam non valent, hoc in pacífica bonitáte simuláre.

R. Dómine, dux fuísti in misericórdia servo tuo, quem redemísti: Et portásti eum in fortitúdine.

V. Ad habitaculum sanctum tuum: — Et.

Lectio V.

**A**t contra, sapiéntia justórum est, nihil per ostensiórem singere, sensum verbis aperíre, vera, ut sunt, diligere, falsa devitare: bona gratis exhibére, mala libéntius toleráre, quam facere: nullam injúriæ ultiórem querere: pro veritaté contuméliam luerum putare. Sed hæc justórum simplicitas deridétur, quia ab hujus mundi sapiéntibus puritatis virtus fatuitas créditur. Omne enim, quod

innocénter ágitur, ab eis procul dúbio stultum putátur : et quidquid in ópere véritas ápprobat, carnáli sapiéntiæ fátuum sonat. Quid namque stúltius vidétur mundo, quam mentem verbi osténdere, nihil cállida machinatióne simuláre, nullas injúriis contumélias réddere, pro maledicéntibus oráre, paupertátem quærrere, posséssa relinquere, rapiénti non resistere, percutiénti áleram máxillam præbère?

\* Factus est infírmus infirmis : ómnibus ómnia factus est: \* Ut omnes fáceret salvos.

\* Omnia áutem fecit propter Evangélium: — Ut.

#### Lectio VI.

Cap. 17 post initium.

**L**ampas contémpta a-  
pud cogitationes di-  
vitum. Sæpe contingit, ut  
eléctus quisque, qui ad  
ætérnam felicitátem dúc-  
itur, continua hic adver-

sítate deprimátur: non  
hunc rerum abundántia fulciat, non dignitátum glória honorábilem osténdat, nulla ei obsequén-  
tium frequéntia súppetat,  
nulla hunc humánis óculis véstium pompa compónat; a cunctis vero despicábilis cérrnitur, et hujs mundi grátia indígnus æstimátur; sed tam  
en ante occulti júdicis óculos virtútibus émicat,  
vitæ méritis corúscat,  
honorári métuit, despici  
non résfugit, corpus con-  
tinéntia afficit, sola in ánimo dilectione pingué-  
scit: mentem semper ad-  
patiéntiam præparat, et  
eréctus pro justitia de  
percéptis contuméliis ex-  
xultat; afflictis ex corde  
compátitur, de bonórum  
prosperitatibus, quasi de  
própriis, lætátur; sacri  
verbi pábula in mente  
sollicitus rúminat, et in-  
quisitus quólibet eloqui  
dupliciter ignórat.

R. Defecérunt præ lácrymis óculi mei: conturbáta sunt viscera mea: \* Effúsum est in terra jecur meum.

V. Cum deficeret párvulus et lactens in platéis:  
— Effúsum est.

G. lória. — Effúsum est.  
In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.  
Lectio VII. Cap. 19 v. 15

**I**n illo témpore: Obláti sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. — Et réliqua.

Homilia s. Augustíni Episc. Serm. 85 de verbis Evang.

Matth. 19 alias  
de tempore 205.

**E**vangelica léctio, quæ modo persónuit in áuribus nostris, frátres, auditórem magis atque factórem, quam exposítórem desíderat. Quid hac luce clárius: Si vis venire ad vitam, serva mandáta? Quid ergo dictúrus sum? Si vis venire ad

vitam, serva mandáta. Quis est qui nolit vitam? Et tamen quis est qui velit serváre mandáta? Si mandáta serváre non vis, quare vitam quæris? Si ad opus piger es, quare ad mercédem festínas? Dixit se ille dives adoléscens servásse mandáta: audivit præcépta májóra: Si vis perféctus esse, unum tibi deest; vade, vende ómnia, quæ habes, et da paupéribus; nec perdes, sed habébis thesáurum in cœlo; et veni, séquere me. Nam quid tibi prodest, si féceris, et non sequáris me?

R. Benedictio peritúri super me veniébat: \* Et cor viduæ consolátus sum.

X. Justitia indútus sum, et vestívi me: — Et cor.

Lectio VIII.

**A**bscés sit autem tristis et mœstus, sicut audi- stis: habébat enim mul- tas divítias. Quod audivit ille, audívimus et nos.

84 Infra Octavam s. Hieronymi /Emiliami conf.

Os Christi evangélicum  
est: in cœlo sedet, sed in  
terra loqui non cessat.  
Nos non simus surdi:  
nam ille clamat. Nos non  
simus mórtui: nam ille  
tonat. Si majóra non vis  
fáceré, minóra fac. Onus  
majórum ad te multum  
est: vel minóra prende.  
Quid ad útraque píger?  
Quid utrisque adversáris?  
Majóra sunt: Vende ó-  
mnia, quæ habes, et da  
paupéribus, et séquere  
me. Minóra sunt: Non  
homicídium fáciás; non  
adúlteres; non falsum  
testimónium quæras; non  
furéris; honóra patrem  
et matrem; díliges pró-  
ximum tuum tánquam te  
ipsum. Ista fac.

R. Sit memória illius in  
benedictióne: \* Et ossa  
ejus púllulent de loco suo.  
¶ Et nomen ejus permá-  
neat in ætérnum, pér-  
manens ad filios sancti  
viri in glória: — Et ossa.  
Glória Patri. — Et ossa.

Lectio IX.

Léctio sancti Evangélii  
secundum Joánnem.

Cap. 15 v. 6.

In illo témpore: Dixit  
Iesus discipulis suis:  
Hoc est præcéptum meum,  
ut diligátis ívincem, sicut  
diléxi vos. — Et réliqua.  
Homilia s. Gregorii Papæ.

Homilia 27 in Evang.

Cum cuncta sacra eló-  
quia dominicis plena  
sint præcéptis, quid est  
quod de dilectióne, quasi  
de singulári mandáto,  
Dómiaus dicit: Hoc est  
præcéptum meum, ut di-  
ligátis ívincem; nisi quia  
omne mandátum de sola  
dilectióne est, et ómnia  
unum præcéptum sunt?  
quia quicquid præcipitur,  
in sola charítate solidá-  
tur. Ut enim multi ár-  
boris rami ex una radice  
pródeunt: sic multæ vir-  
tutes ex una charítate  
generántur, nec habet  
áliquid viriditatis ramus  
boni óperis, si non ma-

Infra Octavam s. Hieronymi Æmiliani conf. 83  
net in radice charitatis.

Te Deum.

Commemorat. Vigiliæ s.  
Jacobi Apostoli et s. Chri-  
stinae Virg. et Mart.

**DIE XXVII JULII.**

Octava

s. Hieronymi Æmil. conf.

Dupl. min.

Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lect. de Scriptura occur.

In secundo Nocturno.

De Sermone

s. Bernardi Abbatis.

Serm. 2 de S. Viet. Lect. IV.

Gaudete in Domino,  
Gdilectissimi, qui inter-  
continua suæ pietatis be-  
neficia indulsit hominem  
mundo, cuius multi sal-  
varéntur exémplo. Iterum  
dico, gaudéte, quod fa-  
ctus de médio appropriavit  
Deo, ut multo plures ejus  
intercessione salvéntur.  
In terris visus est, ut es-  
set exémplo: in cœlum  
levatus est, ut sit patro-  
cínio. Hic infórmat ad  
vitam, illuc invítat ad gló-

riam. Factus est mediátor  
ad regnum, qui fuit in-  
citátor ad opus. Bonus  
mediátor, qui sibi jam  
póstulans nihil, totum in  
nos transférre desiderat  
et supplicántis affectum  
et supplicatiónis fructum.  
Quid enim querat sibi,  
qui nullius eget?

R. Dómine, dux fuisti in  
misericordia servo tuo;  
quem redemisti: \* Et por-  
tasti eum in fortitudine.  
Ad habitaculum san-  
ctum tuum: — Et portasti.

Lectio V.

Hæc dies gloriósæ mi-  
gratiónis ejus, dies  
lætitiae cordis ejus: ex-  
ultémus et lætémur in  
ea. Introivit in poténtias  
Dómini: gaudeámus, quia  
nunc poténtior est ad  
salvandum. Hódie s. Hie-  
ronymus, pósito corpore,  
tanto alácrior, quanto  
expeditior penetrávit in  
sancta, similis factus in  
glória sanctórum. Hódie,  
despécto mundo et mun-

di principe triumpháto , supra mundum victor a-scéndit, accípiens de ma-nu Dómini corónam vi-ctoriæ. Ascéndit autem cum imménsa supelléctili meritórum, clarus triúm-phis, miráculis gloriósus. Sedet veteránus miles , débita jam suavitáte et securitáte quiétus: secú-rus quidem sibi, sed no-stri solícitus. O venerán-dam étiam ipsis Angelis sanctitátem, quam pari-stúdio , etsi dispari vo-luntáte, et mali fúgitant, et fréquentant boni. Nec fácile dixerim , quid vi-rum ástruat sanctiórem, horum favor aut pavor illórum.

¶ Factus est insírmus in-firmis : ómnibus ómnia factus est: Ut omnes fá-ceret salvos.

¶ Omnia autem fecit pro-pter Evangélium : — Ut.  
Lectio VI.

**O**nus miles emérite , qui christiánæ militiæ

duris labóribus angélica felicitatis réquiem com-mutásti: respice ad im-belles et imbecilles com-militónes tuos, qui inter hostiles gládios et spi-ritáles nequitias tuis láu-dibus occupámur. Quam piúm, quam dulce, quam suáve, o Sancte Hierónyme, in hoc loco afflictionis et in hoc córpore mortis te cánere , te cólere , te precári ! Nomen tuum et memo-riále tuum, favus distil-lans in lábiis captivórum, mel et lac sub lingua eórum, qui tui memória delectántur. Eja ergo for-tis athléta, dulcis patróne, advocáte fidélis , exúrge in adjútórium nobis; ut et nos de nostra erexitio-ne gaudeámus, et tu de plena victória gloriéris.

¶ Defecérunt præ lácrymis óculi mei: conturbáta sunt viscera mea: \* Effú-sum est in terra jecur meum.

¶ Cum deficeret párvulus et lactens in platéis:  
— Effúsum est.

Glória. — Effúsum est.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 19. v. 15.

Tu illo témpore: Obláti sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Et réliqua.

Homilia s. Hilárii Episc.

Comm. in Matth.

**N**ovum est discípulos prohibuísse, ne infántes ad Christum accéderent, qui offerebántur, ut super eos manus impóneret et oráret. Res evangélica, ut diximus, inter präséntis et futúri efféctum, médiam utrique rei et cóngruan ratiónen temperávit, ut his, quæ efficiebántur, futúri spécies adhæréret. Infántes quidem verc obláti sunt. Sed hi géntium forma sunt, quibus per fidem et auditum salus rédditur.

Verum ex afféctu primuñ salvándi Israel a discípulis inhibebántur accédere. \* Inhibéndi quidem volúntas placabilitati apostólicæ non cónvenit. Sed in typicam consummatiónem prohibendórum infántium súbrepit instíncetus. Quos Dóminus ait non oportére prohibéri, quia tálium sit regnum cœlórum: munus enim et donum Spíritus Sancti per impositionem manus et precatiōnem, cessánte ópere legis, erat géntibus largiéndum.

¶ Benedíctio peritúri super me veniébat: \* Et cor viduæ consolátus sum.

¶ Justitia indútus sum, et vestivi me: — Et cor.

### Lectio VIII

**E**t ecce unus accéssit. Opportúne post sermonem superiorem, quo et infántes inhíbiti sunt, et tálium esse regnum cœlórum respónsum est, succédit hic júvenis re-

quirens quibūnam bonis opēribus vitam habére posset. Jūvenis iste et interrogávit, et insolens fuit, et rursus mōestus est factus; resque omnes, quæ scriptæ sunt, gestæ, effectæque sunt. Sed admonūimus ea, quæ sub Deo agebántur, præséntium efféctibus, consequéntium formam præsetulisse, atque ita semper in Scriptúris cœlestiis sermónem omnem temperátum fuisse, ut non minus his, quæ gerébantur, quam cōrūm, quæ gerénda essent, similitudini conveníret. Jūvenis hic itaque formam iudáici pôpuli habet in lege insoléntis, et nihil præter præcépta Móysis spei expectántis a Christo. Cui Dóminus in respónso severitatem judicii ex se futuri protestatus est dicens: Quid me vocas bonum?

¶ Sit memória illius in

benedictiōne: Et ossa ejus pùllulent de loco suo. ¶ Et nomen ejus permáneat in ætérnum, pérmanens ad filios sancti viri in glória. — Et ossa ejus. Glória. — Et ossa ejus.

### Lectio IX.

Pantaleon Nicomediensis, nōbilis médicus ab Hermolao presbytero in Jesu Christi fide eruditus, baptizatus est: qui mox patri Eustórgio persuásit, ut christiánus fieret. Quare cum Nicomediae póstea Christi Dómini fidem libere prædicaret, et ad ejus doctrinam omnes cohortarétur, Diocletiano imperatóre, equuleo tortus, et admótis ad ejus corpus lāminis candéntibus, cruciátus est: quam tormentórum vim æquo et forti ánimo ferens, ad extrémum gladio percússus, martyrii corónam adéptus est.

In Laudibus comm. s. Pantaleonis Mart.

URBIS ET ORBJS  
D E C R E T U M .

Ex audientia Sanctissimi die 29 novembris 1853.

*Ad preces humillimas P. Procuratoris Generalis Clericorum Regularium de Somasca nuncupatorum SS. Dominus Noster Pius PP. IX in audientia diei 11 augusti 1851 benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito sequentem jaculatoriam, uti asseritur a s. Hieronymo Æmiliano eorundem Clericorum Regularium fundatore recitatam — Dulcissime Jesu, ne sis mihi Judex, sed Salvador — quocunque idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitantibus, indulgentiam quinquaginta dierum pro qualibet ipsius jaculatoriae recitatione, peramanter fuerat impertitus. Novis tandem precibus ab eodem Procuratore generali Sanctissimo delatis in audientia diei 29 novembris labentis anni eadem Sanctitas Sua clementer indulxit, ut ipsi Christifideles presatam jaculatoriam per integrum annum una saltem vice singulis diebus, ut supra, recitantes, indulgentiam plenariam a primis vesperis usque ad totum octiduum festi ejusdem s. Hieronymi, die 20 julii incidens, semel tantum spatio praedictorum dierum ab unoquoque acquirendam, dummodo ea die vere paenitentes confessi ac s. communione refecti, aliquam ecclesiam seu pubblicum oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suæ pias ad Deum preces effuderint, in perpetuum lucrari possint et valeant, cum facultate quoque tam partiale, quam plenariam indulgentiam animabus piacularibus flânumis addictis applicandi, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Præsenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione.*

Datum Romæ ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum.

Loco  Sigilli.

F. Card. ASQUINUS Praefectus.

A. Colombo Secretarius.

**DIE XXVIII AUGUSTI.**

OFFICIUM IN FESTO

**S. AUGUSTINI EPISCOPI CONFESSORIS**

ECCLESIE DOCTORIS ET CLERIC. REGUL.

**CONGREGATIONIS DE SOMASCHA LEGISLATORIS.****DUPL. I CLASS. CUM OCTAVA**

Omnia ut in Breviario Romano sine ulla commemoratione.

Missa ut in Missali, cum Credo per totam Octavam.

**DIE I SEPTEMBRIS.**

Quinta infra Octavam s. Augustini ep. et conf. Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno. Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Morálium saneti Gregórii Papæ.

Lib. 9 cap. 6.

**Q**ui post Orionas Hyadum nómíne, nisi doctóres sanctæ Ecclésiæ designántur? Qui subdú-

ctis martyribus, eo jam tempore ad mundi notitiam venérunt, quo fides clárius elúcet, et représsá infidelitatis hieme, áltius per corda fidélium sol veritatis calet. Qui remota tempestate persecutiōnis, explétis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctæ Ecclésiæ orti sunt, cum ei jam per credulitatis vernum lucídior annus aperítur.

**R** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei.

**N**ihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus enim mea.

Lectio V.

**N**ec immérito doctóres sancti Hyadum nuncupatióne signántur. Græco quippe elóquio hyetos plúvia vocátur: et Hyades nomen a plúviis accepérunt, quia ortæ prouidúbio imbres ferunt. Bene ergo Hyadum appellatióne expréssi sunt, qui ad statum universális Ecclésiæ, quasi in cœli fáciem dedúcti, super aréntem terram humáni pectoris sanctæ prædicatiónis imbres fudérunt. Si enim prædicatiónis sermo plúvia non esset, Moyses mínime dixisset: Expetétetur sicut plúvia elóquium meum; et nequáquam per Isaiam Véritas diceret: Mandábo núbibus meis, ne pluant super eam ímbrem; atque hoc, quod paulo ante protúlimus: Quamóbrem prohíbitæ sunt stillæ pluviárum. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi

eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei.

¶ Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio VI.

**C**um ergo Hyades cum plúviis véniant, ad cœli spatia altiora sol dúcitur: quia apparénte doctórum sciéntia, dum mens nostra imbre prædicatiónis infunditur, fidei calor augétur. Et perfusa terra ad fructum próficit, cum lumen ætheris ignescit: quia uberiorius frugem boni operis reddimus, dum per sacræ eruditioñis flammam in corde clárius ardémus. Dumque per eos diébus singulis magis magisque sciéntia cœlestis osténditur, quasi intérni nobis lúminis vernum tempus aperítur: ut novus sol nostris méntibus rùtileat, et eórum verbis nobis cóngnitus, seípso quotidie

clárior micet. Urgénte é-  
tenim mundi fine, supér-  
na sciéntia próficit, et  
lárgius cum témpore ex-  
créscit.

**V.** Iste est, qui ante Deum  
magnas virtútes operátus  
est, et omnis terra do-  
ctrina ejus repléta est: \*  
Ipse intercédat pro pec-  
cátis ómnium populórum.  
**V.** Iste est, qui contémpsit  
vitam mundi, et pervénit  
ad cœlestia regnū. — Ipse.  
Glória Patri. — Ipse.

In tertio nocturno.

Léctio sancti Evangélii  
secundum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 5.

**I**n illo témpore: Dixit  
Jesus discipulis suis:  
Vos estis sal terræ. Quod  
si sal evanuerit, in quo  
saliétur? Et réliqua.

Homilia s. Gregorii Papæ.  
Ex Homil. 17 in Lucæ 10  
ante medium.

**C**onsiderándum nobis  
est, fratres caríssimi,  
ut qui una eadémque ex-  
hortatiónis voce non súf-

ficit simul cunctos admo-  
nére, stúdeat singulos, in  
quantum valet, instruere,  
privátis locutióibus ædi-  
ficáre. Debémus namque  
pensare continuo, quod  
sanctis Apóstolis dicitur,  
et per Apóstolos nobis:  
Vos estis sal terræ. Si ergo  
sal sumus, condire men-  
tes fidélium debémus. Vos  
igitur, qui pastóres estis,  
pensáte quia Dei animá-  
lia pásctis: de quibus  
profecto animálibus Deo  
per Psalmistam dicitur:  
Animália tua habitábunt  
in ea.

**R.** Amávit eum Dóminus,  
et ornávit eum: stolam  
glóriæ induit eum: 'Et  
ad portas paradisi coro-  
návit eum.

**V.** Induit eum Dóminus  
loricam fidei, et ornávit  
eum.' — Et ad portas.

Lectio VIII.

**I**nt sæpe vidémus, quod  
petra salis brutis a-  
nimálibus antepónitur,  
ut ex eádem salis petra

lámberc débeant et meliorári. Quasi ergo inter bruta animália petra salis debet esse sacérdos in pópolis. Curáre namque sacerdótem necéssus est, quæ singulis dicat, unumquémque qualiter admóneat: ut quisquis sacerdóti júngitur, quasi ex salis tactu æternæ vitæ sapóre condiátur. Sal étenim terræ non sumus, si corda audiéntium non condímus: quod profecto condíméntum ille veráciter próximo impéndit, qui prædicatiónis verbum non súbtrahit. Sed tunc vere áliis recta prædicámus, si dicta rebus et exémplis osténdimus.

R. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: 'Et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus. V. Jucunditatem et exultatiónen thesaurizávit super eum. — Et.

Glória Patri. — Et.

Leetio IX.

**A** Egídius, Atheniénsis, régiae stirpis, a prima ætate divinis litteris et charitatis officiis ita déditus fuit, ut nihil præterea curáre viderétur. Itaque paréntibus mórtuis, totum patrimónium in páuperes erogávit: quin étiam túnicam éxuit, ut aegrótum egéntem tégeret: qua ille indútus statim conváluit. Sed multis deinceps clárior miráculis, timens sui nóminalis celebritatē, Arelátem ad beátum Cæsárium conténdit: a quo post biénnium discédens, secéssit in erémum, ubi diútius herbárum radicibus et cervæ lacte, quæ statis ad eum horis ve niébat, admirabili sanctitatem vixit. Quæ cerva, insequéntibus quodam die cánibus régiis, cum in antrum Ægidii refugisset, Gálliæ regem impulit, ut ab eo summis précibus pétéret, ut in loco spe-

luncæ monastérium ex-  
trui paterétur. Cujus ad-  
ministratióne, flagitánte  
rege, invitus suscépit: eó-  
que múnere aliquot annis  
prudénter piéque gesto,  
migrávit in cœlum.

T e Deum.

Com. s. Egidii Abb. ac ss.  
duodecim Fratrum Mart.

### DIE III SEPTEMBRIS.

Septima infra Octavam  
s. Augustini episc. et conf.

Semid. Omnia ut in testo.

In primo Nocturno.

Lect. de Scriptura occurrit.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episc.

Serm. 5 de verb. Domini  
in Monte. Lectio IV.

**C**um nobis pro officio  
cómpetat dicere, vo-  
bis autem convéniat pro  
devotíone audíre: quid  
tam necessárium, tamque  
pértingens póterit utrísque  
contíngere, quam ut quod  
religióse dícitur, et de-  
vóte audítur, obséquiiis  
competéntibus teneátur?  
Nam si religióse non ta-

cere luerum est, tacére  
dispéndium; quanto ita-  
que potiéra lucra pote-  
runt provenire, cum o-  
peratiónis efféctu mon-  
strátur, quidquid magi-  
stériis cœlestibus et di-  
scitur et tenétur? Par  
enim cáusa et docéntem  
et audiéntem constringit,  
ut utriúsque proféssio fa-  
ctórum testificatióne si-  
gnétur.

R. Invéni David servum  
meum, óleo sancto meo  
unxi eum: Manus enim  
mea auxiliábitur ei.

R. Nihil proficiet inimicus  
in eo, et filius iniquitatis  
non nocébit ei. — Manus.

Lectio V

**E**t quamvis dissimile sit  
doctóris, discentisque  
officium, tamen utriúsque  
par esse debet sanctárum  
legum obséquium: ut jun-  
gántur factis, qui separán-  
tur officiis; copuléntur ó-  
pere, qui divérsi sunt nó-  
mine; et quos vocábula  
ab ínicem séparant, eos

observantia præceptorum fidésiter ac devóte con-jungat. Quare sic sit, ut utriusque divérsus sit a-ctus, sed observantiæ par-sit necessárius in utrisque efféctus, ut factórum in ambóbüs conspíret assén-sus, quibus divérsus est in vocábulis sonus.

R. Pósui adjutórium su-per poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: Manus enim mea auxi-liábitur ei.

X. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

## Lectio VI.

In doctóre enim molé-sta est cáusa, dicere, nec fáceré; præcipere, nec observáre: in discénte vero audíre velle quod nolit implére: áures audí-tui quidem accommódare et ab ópere voluntátem avértere. Céterum qui fa-cit quod docet, et qui quidquid ímparat, com-plét, máximus in cœlé-

stibus senténtia Dómini declarátur. At vero, qui, quod discit négligit, et qui quod áudit contémnit, sa-lútis reus exístít, quia ob-servánda contémpsít, et pericula non vitávit. A-mat enim mortem, qui vitæ præcépta non sér-vat: et horret vitam, qui peccáta morti débita de-speráta mente frequéntat.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operatus est, et omnis terra do-ctrína ejus repléta est: \* Ipse intercédat pro pec-cátis omnium populórum.

R. Iste est, qui contémpsít vitam mundi, et peryénit ad cœlestia regna. — Ipse.

Gloria Patri. — Ipse.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 5.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Et reliqua.

## Homilia

s. Joánnis Chrysóstomi.

Ex Homil. 15 in Matth.

**S**i autem sal evanérit, in quo saliétur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Alii enim, étiamsi sæpe delinquant, possunt tamen ad véniam pervenire: si vero hoc magíster ipse patiátur, omni satisfactióne privábitur, et supplicia extréma persóvet. Ne enim audiéntes: Cum exprobráverint vobis, et persecúti vos füerint, et díixeriat omne malum adversum vos; in médium prodíre formídept, dicit: Quóniam nisi ad ista fuéritis paráti, frustra étiam prodítis in pùblicum. Non enim vos opórtet maledicta homínum timére, sed laudes; quas si audíre cupiáti, tunc vere infatuándi estis atque calcándi.

¶. Aniávit eum Dóminus,

et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum: \* Et ad portas paradísi coronauit eum.

¶ Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas.

## Lectio VIII.

**S**i vero perseverábitis vosmetípsos úndique castigántes, et deinde audiéritis mala, gaudéte: hoc enim est opus salis laxa quæque úrere atque restríngere. Itaque jam necessária subséquitur maledictio, nihil vobis prorsus incómmodans, imo etiam testimónium vestræ pérhibens firmitátes: Si vero illa timéntes, fortitudinem vobis útilem deseráti, multo sæviora patiémini, et male scílicet audiéntes, et contémpti a cunctis atque despécti: hoc namque est ab ómnibus coneulcári. Deinde ad áliud eos sublímius ducit exémplum: Vos estis lux mundi.

¶ In medio Ecclesiæ a-  
péruit os ejus: \*Et implé-  
vit eum Dóminus spíritu  
sapiéntiæ et intelléctus.  
¶ Jucunditátem et exul-  
tatióñem thesaurizávit su-  
per eum. — Et implévit.  
Glória Patri — Et.

Lectio IX.

I terum mundi, non u-  
nius profécto gentis,  
nec vigínti úrbium, sed  
totius orbis lumen tunc  
perhibéntur, et lumen in-  
telligibile, ipsóque sole  
fulgéntius, sicut étiam  
sal hoc loco intelligitur  
spiritále. Prius autem sal  
pósuit, deinde lumen: ut  
discat, quantum sit ver-  
bórum uréntium benefí-  
cium, quantúmque cóm-  
modum honéstæ rectæque  
doctrinæ. Hæc síquidem  
stringit ánimos, nec quo-  
quam diffílere permittit,  
facítque atténtius ad lu-  
men virtútis aspicere, ad  
quam, velut apprehénsa  
manu, pértrahit audiéntes.

Te Deum.

DIE IV SEPTEMBRIS.

Octava

s. Augustini episc. et conf.  
Dupl. min. Omnia ut in fest.

In primo Nocturno.  
Lect. de Scriptura occurrit.  
In secundo Nocturno.  
Sermo S. Augustini Episc.

Ex epist. 52 tom. 3.

Lectio IV.

S ollicitissime cavéndum  
Est in docéndo supér-  
biæ vitiúm, quod in di-  
scéndo non ita est. Unde  
sancta Scriptúra nos ád-  
monet dicens: Sit omnis  
homo velox ad audié-  
num, tardus autem ad  
loquéndum; et ille in  
psalmo ait: Auditui meo  
dabis gáudium et læti-  
tiam; continuóque sub-  
jécit: Exultábunt ossa hu-  
miliáta. Vedit enim in  
audiéndo facíllime servari  
humilitátem, quæ difficilis  
est in docéndo: quóniam  
necésse est, ut doctor  
hábeat superiórem locum,  
ubi laboriósū est obtí-  
nére ne subrépat elátio.

98 Infra Octavam s. Augustini episc. et conf.

¶. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei.

¶. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus.

Lectio V. In Ps. 120.

**E**cce enim, fratres mei, dico charitati vestræ: lóquimur nos modo ad vos, ut áliquid doceámus vos; quanto mélius, si omnes scirémus et nemo docéret álerum, ut non esset álius lóquens, álius áudiens; sed omnes audiéntes unum illum, cui dicitur: Audíui meo dabis gáudium et lætitiam. Unde et ille Joánnes non tam gaudébat, quia prædicábat et quia loquebátur, sed gaudébat, quia audiébat; ait enim: Amícus autem sponsi stat; et audit eum, et gáudio gáudet propter vocem sponsi. Itaque ibi unusquisque probet se, non ut loquátur, sed ut de álio

locutiónis officium éxigat. Gáudium autem taciturnitatis intus in voluntate hábeat, vocem doctrinæ in necessitatē.

¶. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei.

¶. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio VI.

De Bapt. cont. Donat. c. 5.

**E**t plerúmque doctóribus minus áliquid revelátur, ut eórum pátiens et húmilis cháritas, in qua fructus major est, comprobétur; vel quómodo téneant unitátem, cum in rebus obscurioribus divérsa séntiunt; vel quómodo accípiant veritátem, cum contra id, quod sentiébant, declarátum esse cognóscunt. Quorum duórum maniféstum tenémus unum in beáto Cypriáno: idest,

quómodo tenérerit unitátem cum eis, a quibus divérsum sentiébat. Hómines enim sumus: unde áliquid áliter sápere, quam se res habet, humána tentátio est. Nimis autem amándo senténtiam suam, vel invidéndo melióribus usque ad sacrilégium pervenire, diábólica præsumptio est: in nullo autem áliter sápere, quám res se habet, angélica perféctio est.  
¶ Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: \* Ipse intercédat pro pec-cátis ómnium populórum.  
¶ Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cœlestia regna. — Ipse. Glória Patri. — Ipse.

In tertio Nocturno. “  
Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum  
Lectio VII. Cap. 5.  
In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis:

Vos estis sal terræ. Quod si sal evanérerit, in quo saliétur? Et réliqua.

De Homilia

s. Joánnis Chrysóstomi.  
Ex Homil. 15 in Matth.

Lúceat lux vestra: hoc est, plúrima in vobis sit virtus, ac máxime ingens illius accendáatur ignis, et ineffábile omnino lumen effúlgeat. Quando autem tam magna virtus fúerit et clara, latére non póterit, étiam si mille illam contégere velit modis ille, qui possidet. Bene autem ait: Lumen: nihil est, quod sic hóminem fáciat insignem atque conspícuum, étiamsi magnó ámbitu optet latére, ut splendor iste virtutis. Sicut enim ipso sole circúndatus, ita útique clarus effúlget, nec in terram solúmmodo rutillátus própriæ virtutis emittit, sed supra ipsum étiam cœlum proprio fulgóre radiábit.

8. Amávit eum Dóminus et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum: \* Et ad portas paradísi coronavit eum.

9. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum. — Et ad portas.

Lectio VIII.

**I**linc itaque illos ubérius consoláтур. Etsi, inquit, maledicta in vos audiéntes dolétis: habéatis tamen plúrimos, quos ad amórem atque admiratióne Dei, vestro adducátis exémplo. Tunc enim multi erunt omnino mirántes, non útique vos tantum, sed per vos etiam Patrem vestrum. Nec dixit Deum, sed Patrem; conferéndæ illis nobilitatis prærogatívam hoc jam nómine largiéndo. Consídera, quantum istiúsmodi sit cōmmodum, quantum etiam discrimen. Si enim vitiis sordeámus, etiamsi nobis nullus obtréctet, érimus ómnibus

miserióres. Si vero virtútibus splendére curémus, vel si totus mundus contra nos maledictis volúerit personáre, érimus ómnium beatissimi, atque ad nos trahémus omnes, qui venire élégerint ad salútem. Omni quidem tuba documénta sunt óperum clarióra, vítaque munda ipsa est luce fulgéntior.

\* In médio Ecclésiæ apéravit os ejus: \* Et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus.

\* Jucunditatem et exultatióne thesaurizávit super eum. — Et.

glória Patri. — Et.

Lectio IX.

Ex Homil. 16 in Matth.  
**N**on veni sólvere legem, sed implére. Legem vero non uno tantum, sed altero et tértio implévit modo. Uno quidem, quia nihil ex legítimis ipse transgréssus est: alio vero, quia per

*Infra Octavam s. Augustini episc. et conf. 101*

nos quóque idípsum facit, præcæpta, quæ erat da-  
quod Paulus significando turus : non enim intéritus  
dicébat: Quóniam finis le- priórum, sed augmémentum  
gis Christus ad justitiam pótius et complemémentum  
omni credénti. Quod e- erant ea, quæ dicebántur  
nun illa per litteram a Christo. Illíus quippe  
non pótuit, hoc per fi- sententiae, qua dicitur :  
dem ipse confécit. Si vero Non occides, non inté-  
aliquis diligénter exámi- rémptio, sed adimplétio  
net, álium quóque té- magis atque munitio est,  
rium modum implétæ ab dícere : Non irascáris :  
eo legis invéniet. Quem omniúmque similiter ce-  
vero istum ? Ipsiá útique terórum. — Te Deum



## CLEMENS PP. XII

UNIVERSIS CHRISTIFID. PRÆSENTES LITTERAS INSPECTURIS  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

*Ad augendam Fidelium religionem et animarum salutem cœlestibus Ecclesie thesauris pia charitate intenti, et supplicationibus dilecti filii, moderni Procuratoris Generalis Congregationis Clericorum Regularium de Somascha nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus et confessis ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dictæ Congregationis ubicumque existentibus, die festo s. Augustini, cuius regulam præfata Congregatio profitetur, a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die sexta augusti 1738, Pontificatus nostri anno nono.*

Loco  Sigilli.

Pro D. Card. PASSIONEO  
Cajetanus Amatus.

**DIE II OCTOBris.****OFFICIUM IN FESTO****SANCTORUM ANGELORUM CUSTODUM.****DUPL. II CLASS. CUM OCTAVA.**

Omnia ut in Breviario  
Romano.

Missa ut in Missali cum  
Credo per totam octavam.

**DIE III OCTOBris.**

Secunda infra octavam  
ss. Angelorum Custodum.  
Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lect. de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

**Lectio IV.**

Sermo S. Augustini Episc.

Lib. 11 de Civit. c. 51.

**S**ancti Angeli, ad quórum  
societátē et congregatióne in hac  
peregrinatióne laboriosís-  
sima suspirámus, sicut  
habent permanéndi æter-  
nitátem, ita cognoscéndi  
facilitátem et requie-  
scéndi felicitátem: sine

difficultáte quippe nos  
ádjuvant, quóniam spiri-  
tuálibus móribus, puris et  
liberis non labórant.

R. Vivit ipse Dóminus:  
Quóniam custodívit me  
Angelus ejus, et hinc  
eúntem, et ibi commo-  
rántem, et inde huc re-  
verténtem.

¶. Et non permísit me  
Dóminus ancíllam suam  
coinquinári. — Quóniam.

Lectio V. Cap. 53.

**N**os duas societátē an-  
gélicas intelligimus:  
unam fruéntem Deo, ál-  
teram tuméntem typho.  
Unam, cui dícitur: Ado-  
ráte eum omnes Angeli  
ejus: áliam, cujus prin-  
ceps dicit: Hæc ómnia  
dabo tibi, si prostrátus  
adoráveris me. Unam

104 Infra Octavam ss. Angelorum custodum.  
sancto Dei amore flagrântem: alteram propriæ celsitudinis immundo amore fumântem. Et quóniam, sicut scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiâ; illam in cœlis habitântem, istam inde dejectam, in hoc insimo aereo cœlo tumultuântem.

**R.** Angelus Dómini descendit cum Azaria et sociis ejus in fornacem, et excussum flammam ignis de fornace: \* Et non texit eos omnino ignis, neque contrastavit.

**R.** Benedictus Deus eorum, qui misit Angénum suum, et eruit servos suos qui credidérunt in eum.

— Et non.

#### Lectio VI.

**I**llam luminosa pietate tranquillam: istam tenebris cupiditatibus turbulentam. Illam Dei nutu clementer subvenientem, juste ulciscentem: istam

suo fastu subdendi et nocendi libidine æstuântem. Illam, ut quantum vult, cónsulat, Dei bonitatis ministram: istam, ne quantum vult nöceat, Dei potestate frænatam. Illam huic illudéntem, ut nolens prospicit persecutóribus suis: hanc illi invidéntem, cum peregrinos colligit suos.

**R.** In omni tribulatiōne eorum non est tribulátus: \* Et Angelus faciei ejus salvavit eos.

**R.** In dilectione sua et indulgentia sua ipse redemit eos, et portavit eos, et elevavit eos cunctis diébus sæculi. — Et. Glória Patri. — Et.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélii secundum Matthæum.

**Lectio VII. Cap. 18.**  
**I**n illo tempore: Accesserunt discípuli ad Iesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlorum? — Et reliqua.

## Homilia

S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 5 comm. in Matt. c. 18

**P**ost invéntum statérem, post tribúta réddita, quid sibi vult Apostolórum repentina interrogatio: *Quis, putas, major est in regno cœlorum?* Quia viderant pro Petro et Dómino idem tribútum rédditum; ex æqualitaté prétii arbitrati sunt Petrum ómnibus A-póstolis esse prælátum, qui in redditioñe tributi Dómino fúerat comparátus: ídeo intérrogant, quis major sit in regno cœlorum. Vidénsque Jesus cogitationes eórum, et cásas erróris intellígens, vult desidérium gloriæ humilitatis contentióne sanare.

R. Machabæus, et qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præsidia: Cum fletu et lácrys mis rogábant Dóminum, et ómnis turba simul, ut

bonum Angelum mitteret ad salutem Israel.

¶. Cum páriter prompto ánimo procéderent Jero-sólymis, appáruit præcé-dens eos eques in veste cándida. — Cum fletu.

## Lectio VIII.

**S**i autem manus tua, vel pes tuus scanda-lizat te, abscinde eum et prójice abs te. Necésse est quidem venire scán-dala: vñ tamen ei est hómini, qui quod necés-se est, ut fiat in mundo, vitió suo facit, ut per se fiat. Igitur omnis trun-cátor afféctus, et univérsa propinquitas ampu-tátur, ne per occasióinem pietatis unusquisque cre-déntium scándalis páteat. Si, inquit, ita est quis tibi conjúnetus, ut manus, pes, oculus, et est útilis atque sollicitus et acútus ad perspiciéndum; scán-dalum autem tibi facit, et propter dissonántiam mo-runi te pértrahit in ge-

hénnam ; mélius est , ut et propinquitáte ejus, et emoluméntis carnálibus cáreas , ne dum vis lu- crifácere cognátos et ne- cessários, cáusam hábeas ruinárum.

R. Tu, Dómine, qui mi- sisti Angelum tuum sub Ezechía Rege Juda , et interfecisti de castris Sen- nácherib centum octo- ginta quinque millia : \* Et nunc Dominátor cœló- rum mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timó- re et tremóre magnitúdi- nis bráchii tui.

¶ Ut métuant qui cum blasphémia véniant ad- vérsus sanctum. pôpulum tuum. — Et.

Gloria Patri — Et.

#### Lectio IV

**D**ico enim vobis, quia Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei. Supra dixerat , per manum et pedem et óculum, omnes propinquitátes et necessitúdines, quæ scán-

dalum fáceré póterant, amputáandas: austéritatēm itaque sententiæ subjécto præcépto témerat , di- cens: Vidéte , ne con- temnátis unum ex pusillis istis. Sic, inquit, præci- pio severitatēm, ut com- miscéri eleméntiam dö- ceam : quia Angeli eórum in cœlis vident semper fáciem Patris. Magna di- gnitas animárum, ut una- quæque hábeat ab ortu nativitatis in custódiam sui Angelum delegátum. Unde légitimus in Apoca- lypsi Joánnis: Angelo E- phesi et reliquárum Ec- clesiárum scribe hæc. A- póstolus quóque præcipit velári cápita fœminárum in Ecclésiis propter Ange- los. — Te Deum.

#### DIE V OCTOBRI.

Quarta infra Octavam ss. Angelorum Custodum. Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.  
S. Hilárius in psalmum  
centésimum trigési-  
mum séptimum.

Lectio IV.

**I**n conspéctu Angelórum psallam tibi. Parum sibi exístimat prophéta esse, ut homínibus tantum præsentibus psallat, quia hómines corporálium tantum negotiorum officia inspiciunt: in eo enim, quo psallit, motum complacitæ operatioñis Deo osténdit. Non ergo, quæ vidéntur in corpore, cer- ni desiderat, sed ea, quæ spiritaliter natüræ spiritales contuéntr, gé- rere festinat. Scit enim se sub spécula Angelórum vitam omnem morésque ágere, et ubique hæc divinórum ministeriórum auxilia fidélibus cunctis assístere, ut scriptum est: Praestet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum.

**R.** Vivit ipse Dóminus: \* Quóniam custodívít me

Angelus ejus, et hinc eún- tem, et ibi commorántem, et inde huc reverténtem.

**R.** Et non permísit me Dóminus ancíllam suam coinquinári. — Quóniam.

Lectio V.

**L**egem etiam Móysi in manu mediatóris per Angelos suisse dispóitam, docet Apóstolus. Nec non et Eliséus absolutissime dócuit humánas infirmi- tates Angelórum auxiliis deféndi, et in ómnibus periculis, si fides máneat in nobis, adéssse spirituá- lium Virtútum defensió- nem. Nam cum rex Syriæ cápere Geth urbem, in qua idem prophéta Eli- séus esset, paráret, et nocturnis itinéribus exér- citum suum, qui antelu- cánus urbem obsidéret, destináasset, puer Eliséi, conspécta obsidióne, di- xit: O dómine, quid fa- ciémus? Et dixit: Noli timére, quia plures sunt nobiscum, quam cum illis.

R. Angelus Domini descendit cum Azaria et sōciis ejus in fornacem, et excūssit flammam ignis de fornace: Et non tētigunt eos omnino ignis, neque contrastavit.

Benedictus Deus eōrum, qui misit Angelum suum, et eruit servos suos, qui credidérunt in eum. — Et non.

## Lectio VI.

**E**t orávit Eliséus ad Dóminum, et dixit: Adáperi, Dómine, óculos púeri hujus, ut videat. Et apéruit Dóminus óculos púeri, et vidit. Et ecce mons erat plenus equis et cūribus in gyro Eliséi; et descendérunt ad eos. Tantus et tam nóbilis prophéta solus contemplatiōne auxiliórum spirituálium dignus est. Sed orátio ejus ad Deum, vi- sum incorporálium etiam púero suo méruit. In horum ígitur assisténtium humánis auxiliis Ange-

lórum conspéctu psallit prophéta, simplicibus spirituálium óperum contemplatiōne placitúrus.

R. In omni tribulatiōne eórum non est tribulátus: \* Et Angelus faciéi ejus salvávit eos.

V. In dilectione sua et indulgentia sua ipse redémit eos, et portávit eos, et elevávit eos cunctis diébus sæculi. — Et Angelus.

Glória Patri. — Et.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 18  
**I**n illo témpore: Acces- Isérunt discípuli ad Je- sum, dicéntes: Quis putas, major est in regno cœlórūm? — Et reliqua.

Homilia S. Bernárdi Abb.

Tomi. 4. in festivitate S. Michaelis Sermone 11.

Audistis, fratres, evan- gélicam lectiōnem ad- vérsus eos, qui pusillos scandalizant, satis terribi-

liter intonátem. Némini blandítur Véritas, néminem palpat, nullum sedúcit, apérte denuntians, quóniam væ hómini illi, per quem scándalum venit: expedit ei, ut suspendátur in collo ejus mola asinária; et pro suávi jugo et levi ónere Salvatóris, gravi mole terrénæ cupiditatis húmeris ejus impósita, demergáatur in profundum maris hujus magni et spatiósi mánibus, quod est sine dúbio sæculum nequam. Perire síquidem necésse est hóminem, qui caritátem non habet, étiam si tradiderit corpus suum, ita ut árdeat: et hoc díixerim, fratres, ut in ea caritáte, et unanimitáte, et pace, in qua statis in Dómino, solliciti sitis perseveráre et abundáre magis.

R. Machabæus, et qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præsidia:

Cum fletu et láerymis rogábant Dóminum, et omnis turba simul, ut bonum Angelum mítteteret ad salútem Israel.

V. Cum páriter prompto ánimo procéderent Jero-sólymis, appáruit præcédens eos eques in veste cándida. — Cum fletu.

Lectio VIII.

Quæ est enim spes nostra, et gáudium nostrum, et coróna glóriæ? Nonne únitas et unanimitas vestra, in qua gáudeo vos inveníri fraternitatis amatóres, et ante ómnia mútuam in vobis-metípsis caritátem habéntes, quod est vínculum perfectiōnis? In hoc enim cognoscunt omnes, étiam Angeli sancti, quod Christi estis discípuli, si dilectionem habueritis ad ínvicem. Dénique potest hinc quoque fratérnæ dilectionis utilitas magnifice commendári: númerum enim Christi grácia

diligémur ab Angelis, si de mütuae dilectionis inópia cognóverint nequáquam ejus nos esse discípulos? Númquid diligémur ab eis propter nos ipsos, id est, spirituális natúræ similitúdinem, si invenímur non diligere humánæ natúræ nostræ consórtes? immo vero si ex eis, quæ inter nos sunt contentiónibus, carnáles nos magis, quam spirituáles esse constiterit?

R. Tu, Dómine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechía rege Juda, et interfecisti de castris Sennácherib centum octoginta quinque millia: \* Et nunc Dominátor cœlorum mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timore et tremore magnitudinis bráchii tui.

¶ Ut métuant qui cum blasphémia véniant adversus sanctum pôpulum tuum. — Et nunc.

Gloria Patri. — Et.

## Lectio IX.

Plácidas Romæ, Tertúllo patre in primis nóbili natus, puer Deo oblátus, et s. Benedícto tráditus, tantum ejus disciplina et monásticæ vi-tæ institútis profécit, ut inter præcipuos illius discípulos numerétur. Ab eo in Siciliam missus, monastérium et ecclésiam in honórem s. Joánnis Baptistæ prope Messánæ portum constrúxit, ubi cum mónachis admirábili sanctitaté vixit. Ejus vi-séndi cáusa cum eo venissent Eutychius et Víctorinus illius fratres, et Flávia virgo soror, eódem témpore illue áppulit immánis quidam pi-ráta, Manúcha nómine, qui capto monastério, cum Plácidum et céteros nullo modo addúcere potuisset, ut Christum negárent, ipsum, fratrésque illius, et sorórem crudé-liter necári jussit. Cum

Intra Octavam ss. Angelorum Custodum. 444  
quibus etiam Donátus, tértio nonas octóbris, an-  
Firmátus diáconus, Fáu- no salútis quingentésimo  
stus, aliique triginta mó- trigésimo nono. Te Deum.  
nachi, martyrii agónem Commemoratio ss. Fla-  
felíciter consummárunt, cidi et sociorum mart.



## DIE VI OCTOBris.

OFFICIUM IN FESTO  
BEATÆ MARIÆ FRANCISCÆ

A VULNERIBUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI VIRG.

## DUPLEX MINUS.

Omnia de communi Virg.

Oratio ut infra.

In primo Nocturno.

Lect. de Scriptura occurrit.

In secundo Nocturno.

## Lectio IV.

**M**aria Francisca a quinque Vulnéribus Jesu Christi, honéstis paréntibus Neápoli orta, ab ipsa pene infántia sanctitatis indícia præbuit. Adhuc enim puélla Angelórum panem esuriébat, et Christi Dómini cruciátus mente revólvens, grati ánimi sensu ac mœróre afficiebatur. Septénnis ex sacerdótis consilio, qui ei a sacris confessiónibus erat, Eucharistía refécta Deo prorsus adhæsit. Quum sextum décimum annum

ágeret, cœléstem Sponsum anhélans, nulla vi, nulla ratione addúci pótuit, ut divites nuptias iníret. Igitur aliquánto post, assentiénte patre, domi suæ Tertií Ordinis sancti Franciscí hábitum induit ex institútis sancti Petri de Alcántara, ac religiosa vota nuncupávit.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et dedúcet te mirabiliter dexterá tua.

V. Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna.

— Et dedúcet.

## Lectio V.

**S**uscépti instituti leges squámvis rígidas perbelle implévit, et corpus suum uti hostem dure

hábuit : jejúnias enim ,  
vigiliis, flagéllis, asperri-  
mísque cilíciis ipsum at-  
terébat, licet infírma va-  
letúdine , et aliquándo  
étiam labóri obnóxia, quo  
sibi et soróribus consú-  
leret. Neque noctu quieti  
se dabat, quum brevem  
somnum cáperet super  
duas tábulas, ovína tan-  
tum pelle contéctas. Adeo  
vero pati exoptábat , ut  
ingravescénte ætátē, mor-  
bisque attrita ægre in  
commodiori lecto jacüe-  
rit , qua medicórum ac  
spíritus sui moderatóris  
jussa perficeret. Módico  
pane vescebátur, cui ad-  
débat absinthium. Æquo  
ánimo injúrias hóminum  
et convicia , dæmonum  
vexatiónes perferébat.  
R. Dilexisti justítiā, et  
odísti iniquitátem: Pro-  
ptérea unxit te Deus ,  
Deus tuus, óleo lætítiae.  
X. Propter veritátem, et  
mansuetudinem, et justí-  
tiā. — Proptérea.

## Lectio VI.

**V**irginitátem ita cóluit,  
ut eam Dei ope suf-  
fulta ab impudéntium  
insídiis atque apérta vi  
intáctam serváverit , et  
jucundum sæpe spiráret  
odórem. Ejus cor divíni  
amoris igne ita æstuábat,  
ut duas costas perfrége-  
rit. Cœlestibus rebus inténta  
frequénter in exta-  
sim est rapta, et quan-  
dóque e terra subláta.  
Deiparam Vírginem uti  
matrem ex ánimo habé-  
bat, et impénde vene-  
bátur. Ægros, ínopes, ve-  
xátos, qua póterat ratió-  
ne, reficiébat, solabátur,  
ac flagitiósos hómines  
qua hortátu , qua ad  
Deum effusa prece ad  
bonam frugem reducébat.  
Supérnis licet cumuláta  
donis, ita de se abjécte  
sentiébat, ut multis culpis  
obnóxiā ac se dignam  
profiterétur , quam Deus  
in nihilum redigeret. Diú-  
tinis tandem absúmpta

**morbis patientissime latis,**  
**ad cœléstem Sponsum mi-**  
**grávit prídie nonas octó-**  
**bris, annos nata septua-**  
**ginta septem. Eam post**  
**mortem prodigiis claram**  
**Gregórius XVI Pontifex**  
**Máximus anno millésimo**  
**octingéntesimo quadra-**  
**gésimo tértio inter béa-**  
**tas Vírgines recénsuit.**  
**R. Afferéntur Regi vírgi-**  
**nes post eam, próximæ**  
**ejus \*** Afferéntur tibi in  
 lætitia et exultatióne.

V. Spécie tua et pulchri-  
 túdine tua inténde, pró-  
 spere procéde et regna.  
 — Afferéntur.

Glória Patri. — Afferén-  
 tur tibi.

In tertio Nocturno.  
 Homilia in Evang. Símile  
 est regnum cœlórū de-  
 cem virgínibus de com-  
 muni Virg.

Commem. Octavæ ss. An-  
 gelorum Custodum.

Orationes dicendæ in  
 officio ac missa Dilexisti  
 de communi (cum Cre-

do propter Octavam) ex  
 Decr. S. R. C. 4 septemb.  
 1843.

### Oratio.

**D**ómine Jesu, qui bé-  
 tam Mariam Francí-  
 scam Vírginem inter ce-  
 teras dotes in mundi con-  
 témptu mirábilem effecí-  
 sti; ejus, quæsumus, mé-  
 ritis et intercessióne con-  
 céde nobis terréna despícere et cœléstia sem-  
 per inquirere. Qui vivis  
 et regnas.

### Secreta.

**A**ccipe, Dómine, mú-  
 nera, quæ in beatæ  
 Mariæ Franciscæ Vírginis  
 celebritáte deférimus, cu-  
 jus nos patrocínii mu-  
 niri confidimus. Per Dó-  
 minum.

### Postcommunio.

**Q**uæsumus, ómnipotens  
 Deus, ut qui cœléstia  
 percépimus aliménta, per  
 hæc, beatæ María Fran-  
 cisca Vírgine tua exorán-  
 te, ab ómnibus liberémur  
 advérsis. Per Dóminum.

**CLERICORUM REGULARIUM  
CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.**

*Quum Beata Maria Francisca a Vulneribus Domini Nostri Jesu Christi, licet fuerit tertaria professa ordinis Minorum strictioris observantiae s. Petri de Alcantara, dum viveret tamen aggregationem sortita est Congregationis Somaschæ, quam Deo suis precibus in tribulationibus frequenter commendabat, ac post mortem, assequuto Venerabilis titulo, imago ejus in domibus Clericorum Regularium ejusdem Congregationis patebat; propterea grati animi ergo pro acceptis beneficiis, atque ut magis magisque soveatur ejus cultus penes prædictos alumnos, sanctissimo Domino nostro Gregorio Papæ XVI humillime supplicavit R. P. Præpositus Generalis Congregationis Somaschæ, quatenus ad eosdem extendere dignaretur officium ac missam in honorem b. Mariae Franciscæ, sicuti, in similibus, alumnis diversi instituti concessum est. Sanctitas Sua, referente me subscripto secretario, de speciali gratia benigne annuit juxta preces, ritu tamen dupl. min. et in die propria, nimirum sexta octobris. Servatis rubricis, contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 29 aprilis 1845.*

Loco ✠ Sigilli.

F. E. Card. MICARÀ Ep. Ost. et Velit.

S. R. C. Præfector.

J. G. Fatati S. R. C. Secretarius.

## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Ex Apostolica venia alumni Congregationis Somaschæ recitant officium Beatæ Mariæ Franciscæ a Vulneribus Domini Nostri Iesu Christi virginis Tertiæ strictioris observantie sancti Petri de Alcantara. Quum autem officium istud concessum fuerit integre de communi virginum, et deinceps pro memorato ordine sancti Petri de Alcantara approbatæ fuerint lectiones historicæ pro secundo nocturno; Procurator Generalis memoratæ Congregationis Somaschæ huic Sanctæ Sedi Apostolicæ supplicia vota porrexit, ut hujusmodi lectiones proprias Beatæ Mariæ Franciscæ extendere dignaretur ad Congregationem suam, officio de communi addendas. Sacra Rituum Congregatio utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio IX Pontifice Maximo tributis, benigne annuit pro gratia petitæ extensis; dummodo rubricæ serventur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.*

*Die 24 Maii 1855.*

*Loco  Sigilli.*

*C. Episc. Albanen. Card. PATRIZI*

*S. R. C. Praefectus.*

*H. Capalti S. R. C. Secretarius.*

**DIE IX OCTOBris.**

Octava

ss. Angelorum Custodum.

Dupl. min.

Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura  
occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo s. Bernárdi Abb.  
Ex Serm. 12 super Psalm.  
Qui habitat. Lectio IV.

**A**ngelis suis mandávit de te. Mira dignatio, et vere magna diléctio caritatis! Quis enim? quibus? de quo? quid mandávit? studióse considerémus, fratres: diligenter commendémus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandávit? cujus sunt Angeli? cujus mandatis obtémperant? cujus obédiunt voluntati? Nempe Angelis suis mandávit de te, ut custódiant te in omnibus viis tuis. Nec cunetántur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo

Majéstas mandávit Angelis, et Angelis suis mandávit. Illis útique sublimibus, tam beátis, tam próxime sibi cohæréntibus, tam familiáriter sibi adhæréntibus, et vere domésticis Dei mandávit de te. Tu quis es? Quasi vero non sit homo putrédo, et filius hóminis vermis.

R. Vivit ipse Dóminus: Quóniam custodívit me Angelus ejus, et hinc eúntem, et ibi commorántem, et inde huc reverténtem.

X. Et non permísit me Dóminus ancíllam suam coinquinári. — Quóniam.

Lectio V.

**S**ed quid putas mandávit de te? Númquid scripsit contra te amaritudines? Númquid ut contra fólium, quod vento rápitur, osténdant poténtiam suam, et stípulam siccam persequántur? Númquid ut tollant ímpium,

ne videat glóriam Dei ?  
Mandándum istud est ,  
non mandátum. Itaque  
Angelis suis mandávit de-  
te, ut custódiant te. Pre-  
tiósun depósito nobis  
commiserat, fructum cru-  
cis suæ, prétium sanguini-  
nis sui: non est contén-  
tus custódia hac tam pa-  
rum tuta , tam parum  
útili , tam frágili , tam  
insufficiénti. Super mu-  
ros tuos, Jerúsalem, con-  
stituit custódes , nempe  
étiam ipsi , qui vidéntur  
muri , aut in muro ipso  
colúmnæ , his custódibus  
egent, et máxime.

R. Angelus Dómini de-  
scéndit cum Azaria et  
sóciis ejus in fornácem ,  
et excússit flammam ignis  
de fornáce : Et non té-  
tigit eos omnino ignis ,  
neque contristávit.

V. Benedictus Deus eó-  
rum, qui misit Angelum  
suum , et éruit servos  
suos, qui credidérunt in  
eum. — Et non.

## Lectio VI.

Q uantam tibi debet hoc  
verbum inférre rever-  
téntiam, afférre devotió-  
nem, conférre fidúciam !  
Reveréntiam pro præ-  
séntia , devotiónem pro  
benevoléntia , fidúciam  
pro custódia. Cáute ám-  
bula, ut vidélicet, cui ad-  
sunt Angeli , sicut eis  
mandátum est : in ómni-  
bus viis tuis, in quovis di-  
versorio, in quovis ángu-  
lo, Angelo tuo reveré-  
ntiam habe. Tu ne áudeas  
illo præsénte , quod vi-  
dente me non audéres.  
Céterum, etsi tam párvu-  
li sumus, et tam magna  
nobis , nec modo tam  
magna, sed et tam pe-  
riculosa via restat ; quid  
tamen sub tantis custó-  
dibus timeámus ? Nec su-  
perári, nec sedúci: minus  
autem sedúcere possunt,  
qui custódiunt nos in ó-  
mnibus viis nostris. Fi-  
déles sunt , prudéntes  
sunt, poténtes sunt: quid

trepidámus? Tantum sequámur eos, adhæreámus eis, et in protectióne Dei cœli commorémur.

**R.** In omni tribulatióne eorum non est tribulátus: \* Et Angelus facié ejus salvávit eos.

**J.** In dilectione sua, et indulgéntia sua ipse redémit eos, et portávit eos, et elevávit eos cunctis diébus sæculi. — Et. Glória Patri. — Et.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 18.  
**I**n illo témpore: Acces-sérunt discípuli ad Je-sum, dicéntes: Quis, putas, major est in regno cœlórūm? — Et réliqua. Homilia s. Joánnis Chrys.

Ex var. in Mat. loc. Hom. 18

**V**æ mundo a scándalis. Mundum istum, terrénum locum dicit: neque vero de cœlo et terra intelligere debémus mundum, sed mundum

hic intelligámus terrénum, ideo quod dixit Dóminus: Regnum meum non est de isto mundo: si essem de mundo, amáret me mundus. Et dicitur ad Apóstolos: Vos non estis de mundo.

**R.** Machabæus, et qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præsidia: \* Cum fletu et lácrymis rogábant Dóminum, et omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salútem Israel.

**J.** Cum páriter prompto ánimo procéderent, Jero-solymis appáruit præcédens eos eques in veste cándida. — Cum fletu.

Lectio VIII.

**V**æ igitur mundo, hoc est terréno loco, ab scándalis: necesse enim est, ut véniant scándala, non quia necésse, sed quia mundo necésse, ut véniant. Vidéte quod dicimus, subtile est: si necésse est, ut véniant scán-

dala, ergo absque culpa  
est ille, per quem venit  
scandalum.

R. Tu, Dómine, qui mi-  
sisti Angelum tuum sub  
Ezechia Rege Juda, et  
interfecisti de castris Sen-  
nácherib centum octo-  
ginta quinque millia:  
Et nunc Dominátor cœlô-  
rum mitte Angelum tuum  
bonum ante nos, in ti-  
móre et tremore magni-  
tudinis brachii tui.

V. Ut métuant qui cum  
blasphémia véniant ad-  
versus sanctum populum  
tuum. — Et.

**Glória Patri. — Et nunc  
Dominátor.**

**Lectio IX.**

Sed nos dicimus, scán-  
dalum non venit, nisi  
in terréno mundo. Vis  
tibi non venire scánda-  
lum? Noli esse terrénus.  
Propterea dico, mundus  
terrénus scáandalum ha-  
bet, terra ista necesse est  
ut habeat scáandalum:  
noli portare terrénum,  
sed cœlestem, et scánda-  
lum non habébis. Ve-  
rúmtamen vae hómini illi,  
per quem scáandalum ve-  
nit. — Te Deum.



## SEMEL IN MENSE

Offic. SS. ANGELORUM CUSTODUM Semidupl.

Die tamen non impe-dita ab Officio 9 lect., et exceptis temporibus Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vi-giliarum, sive cum jeju-nio, sive absque jejuno, feria 2 Rogationum, nec non illis feriis, in quibus reponendum sit Officium Dominicæ aut Festi du-plicis vel semidupl. trans-lati.

Omnia ut in Festo.

In I Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In II et III Nocturno Lect. ut infra, nimirum

**JANUARIO ET FEBRUARIO**

Ut die 2 Octobris, in Breviario Romano.

**MARTIO ET APRILI**

Ut die 3 Octobris, pa-gina 103 hujus libelli.

**MAJO ET JUNIO**

In secundo Nocturno.

S. Hilarius in psalmum centésimum trigési-mum séptimum.

Lectio IV.

**I**n conspéctu Angelórum psallam tibi. Parum sibi existimat prophéta esse, ut homínibus tantum præsentibus psallat, quia hómines corporálium tan-tum negotiórū officia inspíciunt: in eo enim, quo psallit, motum complácitæ operatiónis Deo osténdit. Non ergo, quæ vidéntur in córpore, cer-ni desíderat, sed ea, quæ spiritáliter natüræ spi-ritáles contuéntr, gé-rere festinat. Scit enim se sub spécula Angelórum vitam omnem morésque agere, et ubique hæc

divinórum ministeriórū auxília fidélibus cunctis assistere, ut scriptum est: Præstet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum.  
 R. Vivit ipse Dóminus: Quóniam custodívit me Angelus ejus, et hinc eúntem, et ibi commorántem, et inde huc reverténtem.  
 V. Et non permísit me Dóminus ancíllam suam coinquinári. — Quóniam.

## Lectio V.

**L**egem etiam Móysi in manu mediatóris per Angelos fuisse dispósitam, docet Apóstolus. Nec non et Eliséus absolutíssime dócuit humánas infirmítates Angelórum auxiliis deféndi, et in ómnibus periculis, si fides máneat in nobis, adéssse spirituálium Virtútum defensióinem. Nam cum rex Syriæ cápere Geth urbem, in qua idem prophéta Eliséus esset, paráret, et noctúrnis itinéribus exér-citum suum, qui antelu-

cánus urbem obsidéret, destináasset, puer Eliséi, conspécta obsidióne, di-xit: O dómine, quid faciémus? Et dixit: Noli timére, quia plures sunt nobiscum, quam cum illis. R. Angelus Domini de-scéndit cum Azaria et sóciis ejus in fornácem, et excússit flammam ignis de fornáce: Et non té-tigit eos omnino ignis, neque contristávit.

¶ Benedíctus Deus eórum, qui misit Angelum suum, et éruit servos suos, qui credidérunt in eum. — Et non.

## Lectio VI.

**E**t orávit Eliséus ad Dóminum, et dixit: Adáperi, Dómine, óculos púeri hujus, ut videat. Et apéruit Dóminus óculos púeri, et vidit. Et ecce mons erat plenus e-quis et curribus in gyro Eliséi; et descendérunt ad eos. Tantus et tam nóbili prophéta solus contem-

platióne auxiliórum spi-  
ritálium dignus est. Sed  
orátio ejus ad Deum, vi-  
sum incorporálium etiam  
púero suo méruit. In ko-  
rum ígitur assisténtium  
humánis auxiliis Ange-  
lórum conspéctu psallit  
prophéta, simplicibus spi-  
rituálium óperum contem-  
platióne placitúrus.

R. In omni tribulatióne  
eórum non est tribulá-  
tus: Et Angelus faciéi  
ejus salvávit eos.

X. In dilectione sua et  
indulgéntia sua ipse re-  
démit eos, et portávit eos,  
et elevávit eos cunctis  
diébus sæculi. — Et An-  
gelus.

Glória Patri. — Et.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 18

In illo tempore: Acces-  
sérunt discípuli ad Je-  
sum, dicéntes: Quis putas,  
major est in regno cœ-  
lórum? — Et réliqua.

Homilia s. Bernárdi Abb.  
Tom. 4. in festivitate  
s. Michaelis, sermone 44.

A udístis, fratres, evan-  
gélicam lectiόnem ad-  
vérsus eos, qui pusillos  
scandalizant, satis terribí-  
liter intonántem. Némini  
blandítur Véritas, némi-  
nem palpat, nullum se-  
dúcit, apérte denúntians,  
quóniam vae hómini illi,  
per quem scándalum ve-  
nit: expedit ei, ut su-  
pendátur in collo ejus  
mola asinária; et pro  
suávi jugo et levi ónere  
Salvatóris, gravi mole  
terrénæ cupiditátis hú-  
meris ejus impósita, de-  
mergáatur in profúndum  
maris hujus magni et  
spatiósi mánibus, quod  
est sine dúbio sæculum  
nequam. Períre síquidem  
necésse est hóminem, qui  
caritátem non habet, é-  
tiam si tradíderit corpus  
suum, ita ut árdeat; et  
hoc díixerim, fratres, ut  
in ea carité, et una-

nimitate, et pace, in qua statis in Dómino, solliciti sitis perseverare et abundare magis.

R. Machabæus, et qui cum eo erant, cognovérunt expugnari præsidia : Cum fletu et lâcrys mis rogabant Dóminum, et omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israel.

R. Cum páriter prompto ánimo procéderent Jerosolymis, appáruit præcedens eos eques in veste cándida. — Cum fletu.

#### Lectio VIII.

**Q**uae est enim spes nostra, et gáudium nostrum, et coróna gloriæ? Nonne unitas et unanimitas vestra, in qua gáudeo vos inveniri fraternitatis amatóres, et ante ómnia mútuam in vobis metípsis caritátem habéntes, quod est vínculum perfectionis? In hoc enim cognoscunt omnes, etiam Angeli sancti, quod

Christi estis discípuli, si dilectionem habuéritis ad invicem. Dénique potest hinc quoque fratérnæ dilectionis utilitas magnifice commendari: númerum enim Christi grátia diligémur ab Angelis, si de mútuæ dilectionis inopia cognóverint nequáquam ejus nos esse discípulos? Númquid diligémur ab eis propter nos ipsos, id est, spirituális natüræ similitúdinem, si invenimur non diligere humánæ natüræ nostræ consórtes? immo vero si ex eis, quæ inter nos sunt contentiónibus, carnáles nos magis, quam spirituáles esse constiterit? R. Tu, Dómine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechía rege Juda, et interfecisti de castris Sennácherib centum octoginta quinque millia: Et nunc Dominátor cœlorum mitte Angelum tuum bonum ante nos, in ti-

móre et tremóre magnitudinis bráchii tui.

V. Ut métuant qui cum blasphemía véniant adversus sanctum pópulum tuum. — Et nunc.

Glória Patri. — Et.

Lectio IX.

**D**énique númerum Angelorum diligunt nos propter seípsos et futúram de nobis civitatis suae restauraciónem , si ( quod absit ) unum , quo solo uniri, coædificári eis póssumus, defúerit glútinum caritatis? Quómodo sperábunt reædificándos de nobis perpétuos civitatis illius muros , si cognoverint , si viderint nos non lápides esse vivos , qui possint invicem cohærere, sed magis púlverem, quem prójicit ventus a fácie terræ, quem unius verbi fatus in túrbine excitet , et suspicioneis cujúslibet levíssima aura dispérgat ? Et hæc quidem dixisse sufficiat pro eo, quod ait Dómi-

nus: Si quis scandalizáverit unum de pusillis istis. Te Deum.

JULIO ET AUGUSTO.

In secundo Nocturno.

Sermo s. Bernárdi Abb.

In festivitate s. Michaelis.

Lectio IV.

**D**ignum est, ut glóriam Angelorum non capiéntes, tanto magis amplexámur misericórdiam, quia nimírum constat nihilominus abundare domésticos Dei, cœli cives, príncipes paradisi. Testatur enim Apóstolus , qui raptus ad tertium cœlum beatæ illi cūriæ méruit interésse , atque ejus nosse secréta, quóniam omnes administratórii sunt spíritus, missi in ministérium propter eos, qui hæreditátem cäpiunt salútis. Neque id cuiquam incredibile videátur, quandóquidem ipse quoque Creator et Rex Angelorum venit non ministrári, sed ministráre et animam suam dare pro multis.

R. Vivit ipse Dóminus: Quóniam custodívít me Angelus ejus, et hinc eúntem, et ibi commorántem, et inde huc reverténtem.  
V. Et non permísit me Dóminus ancíllam suam coinquinári. — Quóniam.

## Lectio V.

¶ Ministrant Angeli, sed non de aliéno, offeréntes Deo bona ópera, non sua, sed nostra, et nobis ejus grátiam referéntes. Unde et Scriptúra dicit: Quóniam ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini de manu Ange-lórum: solícite præmisit data ei fuisse incénsa multa. Nostros enim sudóres, non suos; nostras, non suas lácrymas ófferrunt Deo; nobis quoque ejus múnera réferunt, non sua. Non sic minister ille sublímior cunctis, sed humilior univérsis, qui semetípsum obtulit sacrificium láudis, qui Patri ófferens ánimam

suam, nobis ministrat usque hódie carnem suam.  
R. Angelus Dómini descéndit cum Azaria et sóciis ejus in fornácem, et excússit flammam ignis de fornáce: Et non tégit eos omnino ignis, neque contrastávit.

R. Benedictus Deus eórum, qui misit Angelum suum, et éruit servos suos, qui credidérunt in eum. — Et.

## Lectio VI.

¶ Iujus itaque tanti ministri gratia, nihil mirum si dignánter nobis, immo et libénter Angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos amávit Christus. Dicitur certe vulgári provérbio: Qui me amat, amat et canem meum. Nos vero, o beáti Angeli, catélli sumus Dómini illius, quem tanto afféctu dilígitis. Catélli, inquam, cupiéntes saturári de micis, quæ cadunt de mensis dominó-

rum nostrorum, qui estis vos. Et hæc dixerim, fratres, ut ampliorem de cétero erga beátos Angelos fidúciam habeátiſ, ac proinde familiárius in omni necessitaté vestra illórum invocétis auxília; sed et digne in eórum præsentia conversári, et magis ac magis eórum vobis conciliáre grátiam, captáre benevoléntiam, exoráre cleméntiam stu-deátis.

R. In omni tribulatióne eórum non est tribulá-tus: Et Angelus faciéi ejus salvávit eos.

v. In dilectione sua et indulgentia sua ipse redémit eos, et portávit eos, et elevávit eos cunctis diébus sæculi. — Et. Glória Patri. — Et.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 18.

In illo tempore: Acces-sérunt discípuli ad Je-

sum, dicéntes: Quis, pu-tas, major est in regno cœlórum? — Et réliqua.

### De Homilia

s. Joánnis Chrysóstomi.

Ex Homil. 10 in Matth.

Vidéte, ne contemnátis unum de párvulis istis.

Párvulos non ætate, sed multórum æstimatióne ap-pellávit: páuperes, in-quam, ignótos, ceteros-que hujúsmodi, quos mul-ti contémnunt, qui revé-ra párvuli non sunt, cum Creatóris ómnium amíci sint: quos ipse multo magis venerabilióres fa-cit, dicens: Quia Angeli eórum semper vident fá-ciem Patris mei, qui in cœlis est.

R. Machabæus, et qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præsidia:

Cum fletu et lâcrys-rogábant Dóminum, et ómnis turba simul, ut bonum Angelum mítteret ad salútem Israel.

v. Cum páriter prompto

ánimō procéderent Jero-sólymis, appáruit præcédens eos eques in veste cándida. — Cum fletu.

## Lectio VIII.

**I**llinc maniféstum est , quia omnes sancti Angelos hábeant. Apóstolus étiam ait de muliere , quóniam velámen débeat habére in cápite propter Angelos; et Moy-ses: Státuit fines, inquit, géntium secúndum nú-merum Angelórum Dei. Hic vero non de Angelis simpliciter dícitur , sed de Angelis excelléntibus atque suprémis. Nihil enim áliud designátur , cum scáiem, dicat, Patris mei aspíciunt, quam summa fidúcia eórum et hono r præcipiuus.

**R.** Tu, Dómine, qui mi-sísti Angelum tuum sub Ezechía Rege Juda , et interfecísti de castris Sen-nácherib centum octo-gínta quinque millia : Et nunc Dominátor cœlo-

rum mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timó-re et tremóre magnítudini-  
nis bráchii tui.

**J.** Ut métuant qui cum blasphémia véniant ad-vérsus sanctum pôpulum tuum. — Et nunc.

Gloria Patri. — Et.

## Lectio IX.

**V**ides quot, quibúsque rationibüs ad modé-stiam et ad curam te-niórū fratrum nos ré-vocat? Infántem in médio státuit, et dixit: Efficiá-mini sicut párvuli ; et quicúmque tales suscé-perit párvulum , me su-scípiet ; et quicúmque hunc scandalizáverit, extréma luet supplicia ; et scandalizántes hómines , étiam si loco mánuum atque oculórum nobis es-sent , abscídere jussit. Angelórum quoque au-ctoritaté, qui hos ténues fratres tutántur , ut eos venerémur, impéllit. Te Deum.

**SEPTEMBRI ET OCTOBRI.**

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

**Sermo s. Ambrósii Episc.**

Sermo 4 de Eliseo.

**I**l óstium tumúltus bellicósos mímine timére debémus, nec quámlibet numerósam hóstium multitúdinem formidáre. Quóniam, sicut ait Apóstolus: Major est qui in nobis est, quam qui in mundo; hoc est, poténtior est ad protegéndos fámulos suos Christus, quam diábolus ad instigándos inimícos. Quámvis enim idem diábolus cólligat sibi turbas, et crudéli eas armet insánia; tamen fácile destrúuntur, quia melióribus pópulum suum Salvátor circúmdat auxiliis. Ait enim Prophéta: Immittet Angelum Dóminus in circúitum timéntium eum, et erípet eos. Quod si Angelus Dómini timéntes eum de periculis erípet,

non potest timére bárbarum, qui timúerit Salvatórem.

R. Vivit ipse Dóminus: Quóniam custodívít me Angelus ejus, et hinc eúntem, et ibi commorántem, et inde huc reverténtem.

R. Et non permísit me Dóminus ancíllam suam coinquinári. — Quóniam.

Lectio V.

Id. in epist. ad Hebre. c. 4.

**Q**uid miráris, si Fílio ministérium éxhibit Angeli, cum étiam nostræ salútis ministros eos constet efféctos? Filius tamen sicut Dóminus salvat: isti vero sicut servi saluti prædestinatórum desérviunt. Intelligite igitur, quantus honor nobis exístit, ad quos sicut ad amícos, ita ministros Angelos suos destinat Deus.

R. Angelus Dómini descendit cum Azaríᾳ et sóciis ejus in fornácem, et excússit flammam ignis

450 Officia votiva ss. Angelorum Custodum.  
de fornáce: \* Et non té-  
tigit eos omnino ignis ,  
neque contrastávit.  
v Benedictus Deus eórum,  
qui misit Angelum suum,  
et éruit servos suos, qui  
credidérunt in eum. — Et.  
Lectio VI. Id. in Ps. 57.  
**Q**ui juxta me erant ,  
mysticus quidem pietatis  
abhorrerat afféctus, ut pro  
Angelis díixerit, qui præ-  
téndunt timéntibus Dó-  
minum, ut erípiant eos  
de tentatióibus , quas  
ferre non possunt. Quó-  
modo ergo longe stant ,  
qui ad adjuméntum sunt  
attribúti? Sed non illi se  
séparant, sed qui urgé-  
tur tentatióibus , putat  
eos longe abésse , quos  
própius sibi adésse de-  
siderat, et arbitrátur dis-  
simuláre, cum illi adju-  
vándi tempus nutu sui  
imperatóris expéctent ,  
qui athlétam suum, quo  
gloriósius víceret, diú-  
tius certare præcépit.

¶ In omni tribulatióne  
eórum non est tribulá-  
tus : \* Et Angelus faciéi  
ejus salvávit eos.  
¶ In dilectione sua et  
indulgéntia sua ipse re-  
démit eos , et portávit  
eos, et elevávit eos cun-  
ctis diébus sæculi. — Et.  
Glória Patri. — Et.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.  
Lectio VII. Cap. 18.  
**I**n illo témpore: Acces-  
sérunt discípuli ad Je-  
sus, dicéntes: Quis, pu-  
tas, major est in regno  
cœlorum? — Et réliqua.  
Homilia s. Joannis Chrys.  
Ex Homil. 59.  
**C**urióse , inquit , scru-  
tamini vos , quis ve-  
strum major sit , et de  
primátus honore contén-  
ditis. Ego autem si quis  
humiliórem se céteris  
non effécerit, ipso ingrés-  
su cœlesti omnino indi-  
gnum ássero. Recte au-  
tem ante óculos mini-

stratiōne párvuli totam rem pósuit, ipso aspéctu eos convértens ac per-suádens, ut ábsque si-mulatiōne áliqua humiliatēm amplectántur.

R. Machabæus, et qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præsidia: Cum fletu et lácrys mis-rogábant Dóminum, et omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salútem Israel.

V. Cum páriter prompto ániño procéderent, Jero-sólymis appáruit præcé-dens eos eques in veste cándida. — Cum fletu.

Lectio VIII.

**P**árvuli autem non in-vidére, nec inánem expectáre glóriam, nec primátus desideráre dignitātem novérunt; sed máxime hanc virtútem possident, puram dico simplicitātem et humiliatēm. Non ergo fortitúdine tantum ac prudéntia, sed humiliatís quoque vir-

túte et simplicitate nobis opus est: quæ si non adest, salus nostra certe cláudicat.

R. Tu, Dómine, qui mi-sisti Angelum tuum sub Ezechia Rege Juda, et interfecisti de castris Sen-nácherib centum octo-ginta quinque millia: Et nunc Dominátor cœló-rum mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timó-re et tremóre magnitú-dinis bráchii tui.

V. Ut métuant, qui cum blasphémia véniant ad-vérsus sanctum pôpulum tuum. — Et nunc Domi-nátor.

Glória Patri. — Et.

Lectio IX.

**P**árvulum autem ætate, et quidem, mea sen-tentia, valde párvulum, qui ab ómnibus esset pas-siónibus liber, in médio státuit. Illa enim ætas omni arrogántia, omni glóriæ inánis furóre, omni livóríis insánia, omni con-

**432** Officia votiva ss. Angelorum Custodum.

**tentiónis cupiditáte, ce-  
terisque hujúsmodi affé-  
ctibus immúnis est. Cum-  
que præcipuis muniátur  
virtútibus, simplicitátis  
scilicet ac humilitátis, de  
nulla istárum supérbit;  
ita dúplici philosophia  
ornátur.**

**Je Deum.**

**NOVEMBRI ET DECEMBRI.**

Ut die 9 Octobris p.**416.**

Si occurrat Festum

simplex habens lectionem  
propriam, quæ non sit  
sumpta de communi, tunc  
dicitur de eo noua lectio  
et fit commen. in Vesp.  
Laud. et Missa.

**Missa sine Credo.** Tra-  
ctus post Septuages. et  
vers. tempore Paschali  
sumuntur ex Missa voti-  
va de Angelis. In Post-  
communio dicitur **Com-  
memoratione.**



## CONGREGATIONIS

**CLERICORUM REGULARIUM DE SOMASCHA.**

*Ad supplices enixasque preces P. D. Josephi Caimo Procuratoris Generalis Congregationis Clericorum Regularium de Somasca, nomine etiam totius sue Congregationis porrecta pro concessione indulti recitandi in universa prædicta Congregatione, die 2 octobris, officium et missam ss. Angelorum Custodum sub ritu duplice secundæ classis cum octava, alias omnibus dominiis augustissimæ domus Austriae aliisque provinciis elargitum, illasque per Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Pico in sacra Rituum Congregatione relatas, sacra eadem Congregatio, attentis circumstantiis in supplici libello expressis, benigne indulxit, ut ab omnibus religiosis præfatae Congregationis ubicunque existentibus officium cum missa ss. Angelorum Custodum sub ritu duplice secundæ classis cum octava, die 2 octobris, servatis tamen rubricis missalis romani, in posterum recitari ac retrospective celebrari possit et valeat.*

*Die 21 martii 1739.*

*Loco  Sigilli.*

*C. De MARINIS Præfectus.*

*T. Patriarcha Jerosol. Secretarius.*

**C O N G R E G A T I O N I S**  
**CLERICORUM REGULARIUM SOMASCHE.**

*Sanctissimus Dominus Noster Pius VII Pontifex Maximus ad humillimas preces R.mi P. D. Hieronymi Pongelli Generalis Congregationis Clericorum Regularium de Somascha, me infrascripto secretario referente, inspectis iis, que in supplici libello enarrantur, benigne indulxit, ut quotannis in universa predicta Congregatione, semel in mense, die non impedita officio novem lectionum, recitari possit ritu semiduplici officium cum missa in honorem ss. Angelorum Custodum, exceptis tamen temporibus Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum et Vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, feria secunda Rogationum, nec non illis feriis, in quibus ex rubricarum prescripto reponendum sit officium Dominicæ, aut festi duplicis vel semiduplicis translatum.*

*Die 25 januarii 1804.*

**Loco  Sigilli.**

**JULIUS M. Card. de SOMALIA**  
**S. R. C. Praefectus.**  
**I. de Carpino S. R. C. Secretarius.**

## PIUS PP. IX.

*Ad perpetuam rei memoriam. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus et confessis ac sacra communione refectis, qui quamlibet ex Ecclesiis Clericorum Regularium Congregationis Somascha nuncupatae, die festo sanctorum Angelorum Custodum, vel uno ex septem diebus continuis, in immediate subsequentibus, uniuscujusque Christifidelis arbitrio sibi diligendo, devote visitaverint, et ibi pro christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias apud Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quæ etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possit, misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostenseæ.*

*Datum Romæ sub annulo Piscatoris, die 16 junii 1857, Pontificatus nostri anno undecimo.*

Loco  Sigilli.

**De speciali Mandato Sanctissimi  
Pro Domino Card. Macci  
Jo. B. Brancaleoni Castellani subs.**



DIE VIII DECEMBRIS.  
OFFICIUM IN FESTO  
**IMMACULATÆ CONCEPTIONIS**  
**BEATÆ MARIAE VIRGINIS.**  
DUPLEX SECUNDÆ CLASSIS CUM OCTAVA.

AD VESPERAS.

Antiph Sicut lilyum, cum  
reliq. de Laud.  
Psalmi ut in Officio parvo.

Capitulum. Prov. 8.  
**D**óminus possédit me  
In initio viárum suá-  
rum, ántequam quidquam  
fáceret a principio. Ab  
æténo ordináta sum, et  
ex antiquis ántequam ter-  
ra fieret. Nondum erant  
abyssi, et ego jam con-  
cépta eram.

A Hymnus.  
Ave, maris Stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix cœli Porta.  
Sumens illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.  
Mnstra te esse Matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.  
Virgo singuláris,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac et castos.  
Vitam præsta puram,  
Iter para tutum  
Ut vidéntes Jesum,  
Semper collætémur.  
It laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui Sancto,  
Tribus honor unus. Amen.  
Immaculata Concéptio  
est hodie sanctæ Mariæ  
Vírginis.

**R** Cujus vita inclyta cunctas illústrat Ecclésias.

Ad Magnificat

**Avt.** Beáta Dei Génitrix Maria, Virgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus Sancti, sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo. Allelúa.

Oratio.

**D**eus, qui per Immaculátam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparásti, ejus nobis intercessióne concéde, ut cor et corpus nostrum immaculátum tibi, qui eam ab omni labore præservásti, fidéliter custodiámus. Per eúndem Dóminum.

Conclusio hymn. Jesu, tibi sit glória.

AD MATUTINUM.

Invitator Immaculátam Conceptionem Vírginis Mariæ celebrémus: \* Christum ejus Fílium adorémus Dóminum.

Psalm. Venite, exultémus.

Hymnus.

**Q**uem terra, pontus, sidera

Colunt, adórant, prædicant, Trinam regéntem máchinam

Cláustrum Mariæ bájulat.

Cui luna, sol et ómnia Desérviunt per témpora,

Perfusa cœli grátia,

Gestant puéllæ víscera.

Beáta Mater múnere,

Cujus supérnus Artifex,

Mundum pugillo cóntinen-

Ventris sub arca cláusus est.

Beáta cœli núnctio,

Fœcunda sancto Spíritu,

Desiderátus géntibus

Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit glória,

Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, et almo Spíritu

In sempiterna sæcula.

Amen.

In primo Nocturno.

**Avt.** Multæ filiæ congregavérunt divítias, tu supergréssa es univérsas.

Psalmus 8.

**D**ómine, Dóminus noster: \* quam admiráble est nomen tuum in univérsa terra !  
**Q**uóniam eleváta est magnificéntia tua \* super cœlos.

**E**x ore infántium et laténtium perfecístiláudem propter inimícos tuos: \* ut déstruas inimícum et ultórem.

**Q**uóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum: \* lunam et stellas, quæ tu fundásti.

**Q**uid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

**M**inuísti eum paullo minus ab Angelis, glória et honore coronásti eum: \* et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

**O**mnia subjecísti sub péribus ejus; \* oves et boves univérsas, ínsuper et pécora campi.

**V**ólucres cœli et pisces

maris, \* qui perámbulant sémitas maris.

**D**ómine, Dóminus noster: \* quam admiráble est nomen tuum in univérsa terra !

**A**nt. Multæ filiae congregávérunt divítias, tu supergréssa es univérsas.

**A**nt. Manus Dómini confortávit te, et ideo eris benedicta in æternum.

Psalmus 18.

**C**œli enárrant glóriam Dei, \* et ópera mánuum ejus annúntiat fir-maméntum.

**D**ies diéi erúctat verbum, \* et nox nocti índicat sciéntiam.

**N**on sunt loquélæ, neque sermónes, \* quórum non audiántur voces córum.

**I**n ómnem terram exívit sonus eórum: \* et in fines orbis terræ verba eórum.

**I**n sole pósuit tabernáculum suum: \* et ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo.

**E**xultávit ut gigas ad cur-

- réndam viam: \* a summo  
cœlo egréssio ejus.  
Et occúrsus ejus usque  
ad summum ejus: \* nec  
est qui se abscondat a  
calore ejus.
- Ex Dómini immaculata,  
convértens áimas: \* te-  
stimónium Dómini fidéle,  
sapiéntiam præstans pár-  
vulis.
- Justitiae Dómini rectæ,  
lætificantes corda: \* præ-  
céptum Dómini lúcidum,  
illúminans oculos.
- Timor Dómini sanctus,  
pémanens in sæculum  
sæculi: \* judicia Dómini  
vera, justificata in semet-  
ipsa.
- Desiderabilia super áu-  
rum et lápidem pretiò-  
sum multum: \* et dulcióra  
super mel et favum.
- F tenim servus tuus custó-  
dit ea: \* in custodiéndis  
illis retribúto multa.
- E licita quis intelligit?  
Ab occúltis meis munda  
me, \* et ab aliénis par-  
ce servo tuo.
- Si mei non fuerint do-  
minati, tunc immaculatus  
ero: \* et emundabor a  
delicto máximo.
- H erunt ut compláceant  
elóquia oris mei: \* et  
meditatio cordis mei in  
conspéctu tuo semper.
- D ómine, adjútor meus, \*  
et Redémptor meus.
- Ant. Manus Dómini con-  
fortavit te, et ideo eris  
benedicta in æternum.
- Aut. Noli metuere, non  
moriéris: non enim pro  
te, sed pro omnibus hæc  
lex constituta est.

## Psalmus 25

D ómini est terra, et  
plenitudo ejus: \* or-  
bis terrarum, et univérsi,  
qui hábitant in eo.

Quia ipse super maria  
fundavit eum: \* et super  
flúmina præparavit eum.

Quis ascendet in montem  
Dómini? \* aut quis stabit  
in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mun-  
do corde, \* qui non ac-  
cépit in vano ánimam

suam, nec jurávit in dolo  
próximo suo.

**N**ec accípiet benedictió-  
nen a Dómino, \* et mi-  
sericórdiam a Deo salu-  
tári suo.

**N**ec est generátio quæ-  
réntium eum, \* quærén-  
tium fáciem Dei Jacob.  
**A**ttóllite portas, príncipes,  
vestras, et elevámini por-  
tæ æternáles: \* et intro-  
ibit Rex glóriæ.

**Q**uis est iste Rex gló-  
riæ? \* Dóminus fortis et  
potens, Dóminus potens  
in prælio.

**A**ttóllite portas, príncipes,  
vestras, et elevámini por-  
tæ æternáles; \* et intro-  
ibit Rex glóriæ.

**Q**uis est iste Rex gló-  
riæ? \* Dóminus virtú-  
tum ipse est Rex glóriæ.

**A**nt Noli metúere, non  
moriéris: non enim pro-  
te, sed pro ómnibus hæc  
lex constitúta est.

**y.** Deus præcínxit me vir-  
tute.

**A** Et pósuit immaculátam  
viam me am.

### De Libro Ecclesiástici.

#### Lectio I. Cap. 24

**E**go ex ore Altissimi  
prodigi: primogénita  
ante omnem creatúram.  
Ego feci in cœlis, ut ori-  
réatur lumen indeficiens,  
et sicut nébulæ texi o-  
mnem terram. Ego in al-  
tíssimis habitávi, et thro-  
nus meus in colúmna nu-  
bis. Gyrum cœli circuvi  
sola, et profundum abyssi  
penetrávi: in flúctibus  
maris ambulávi, et in  
omni terra steti; et in  
omni pópulo, et in omni  
gente primátum hábui:  
et ómnium excelléntium  
et humílium corda vir-  
tute calcávi: et in his  
ómnibus réquiem quæsi-  
vi, et in hæreditáte Dó-  
mini morábor. Tunc præ-  
cépit, et dixit mihi Creá-  
tor ómnium; et qui creá-  
vit me, requiévit in ta-  
bernáculo meo et dixit  
mihi: In Jacob inhábita,  
et in Israel hæreditáre,  
et in eléctis meis mitte  
radices.

¶ Quæ est ista, quæ ascéndit sicut auróra consúrgens, \* Pulchra ut luna, élæcta ut sol ?

¶ Quasi arcus refúlgens inter nébulas, et quasi flos rosárum in diébus vernis. — Pulchra.

## Lectio II.

**A**b initio et ante sæcula créata sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honорificáto, et in parte Dei mei hæréditas illius, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Quasi cedrus exaltáta sum in Libano, et quasi cyprés-sus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciosa in campis,

et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in plátéis. Sicut cinnamónum et bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrra élæcta dedi suavitátem odóris, et quasi storax, et gálbanus, et úngula, et gutta, et quasi Libanus non incísus vapo-rávi habitatióne meam, et quasi bálsamum non mistum odor meus.

¶ Vidi speciósam sicut colúmbam ascendéntem désuper rivos aquárum.\* Cujus inæstimábilis odor erat nimis in vestiméntis ejus.

¶ Quæ est ista, quæ ascéndit de desérto delíciis áffluens, innixa super diléctum suum? — Cujus inæstimábilis.

## Lectio III.

**E**go quasi terebínthus exténdi ramos meos, et rami mei honóris et gratiæ. Ego quasi vitis fructificávi suavitátem odóris, et flores mei fru-

ctus honóris et hone-  
statis. Ego mater pulchræ  
dilectionis, et timoris, et  
agnitionis, et sanctæ spei.  
In me grátia omnis viæ  
et veritatis: in me o-  
mnis spes vitæ et virtu-  
tis. Transite ad me omnes  
qui concupiscitis me,  
et a generatiōnibus meis  
implémini. Spíritus enim  
meus super mel dulcis,  
et hæréditas mea super  
mel et favum. Memória  
mea in generatiōnes sæ-  
culorum. Qui edunt me,  
adhuc esúrent: et qui  
bibunt me, adhuc sítient.  
Qui áudit me, non con-  
fundétur: et qui operán-  
tur in me, non peccá-  
bunt. Qui elúcident me,  
vitam ætérnam habébunt.  
Congratulámini mihi  
omnes qui dilígitis Dó-  
minum: Quia cum essem  
párvula, plácui Altíssimo.  
Fecit mihi magna qui  
potens est, et sanctum  
nomen ejus. — Quia.  
Gloria Patri. — Quia.

In secundo Nocturno.

Ant. Erípuit me de ini-  
mícis meis fortíssimis, et  
factus est Dóminus pro-  
tector meus.

Psalmus. 44.

E ructávit cor meum  
E verbum bonum: \* di-  
co ego ópera mea Regi.  
Lingua mea cálamus scri-  
bæ, \* velóciter scribentis.  
S peciósus forma præ fi-  
liis hominum, diffusa est  
grátia in lábiis tuis: \*  
proptérea benedíxit te  
Deus in ætérnum.

A ccingere gládio tuo su-  
per femur tuum, \* po-  
tentissime.

S pécie tua et pulchritú-  
dine tua \* inténde, pró-  
spere procéde, et regna.  
I ropter veritátem et  
mansuetudinem, et justi-  
tiam: \* et dedúcet te mi-  
rabiliter déxtera tua.

S agittæ tuae acútæ, pópu-  
li sub te cadent, \* in cor-  
da inimicórum regis.

S edes tua, Deus, in sæ-  
culum sæculi: \* virga di-

rectiónis virga regni tui.  
Tílexisti justitiam, et odi-  
sti iniquitátem: \* proptér-  
ea unxit te Deus, Deus  
tuus óleo lætitiæ præ  
consórtibus tuis.

Tyrrha, et gutta, et cásia  
a vestiméntis tuis, a dó-  
mibus ebúrneis: \* ex qui-  
bus delectavérunt te filiæ  
regum in honore tuo.

Stítit regína a dextris  
tuis in vestitu deauráto, \*  
circúmdata varietáte.

Audi, filia, et vide, et in-  
clína aurem tuam: \* et  
oblivíscere pópulum tuum,  
et domum patris tui.

Et concupíset Rex de-  
córem tuum: \* quóniam  
ipse est Dóminus Deus  
tuus, et adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéri-  
bus: \* vultum tuum de-  
precabúntur omnes divi-  
tes plebis.

Mnis glória ejus filiæ  
Regis ab intus: \* in sim-  
briis áureis circumamí-  
cta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines

post eam: \* próximæ ejus  
afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitia et  
exultatióne: \* adducéntur  
in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt  
tibi filii: \* constitúes eos  
príncipes super omnem  
terram.

Némores erunt nóminis  
tui, \* in omni generatióne  
et generatiónen.

Froptérea pópuli confite-  
búntur tibi in æternum, \*  
et in sǽculum sǽculi.

Ant. Erípuit me de ini-  
mícis meis fortíssimis, et  
factus est Dóminus pro-  
téctor meus.

Ant. Sanctificávit taber-  
náculum suum Altíssimus.

Psalmus 45

Deus noster refúgium  
Det virtus: \* adjútor in  
tribulatióibus, quæ in-  
venérunt nos nimis.

Froptérea non timébimus,  
dum turbábitur terra:  
et transferéntur montes  
in cor maris.

Onuérunt, et turbátæ

sunt aquæ eórum: \* con-  
turbáti sunt montes in  
fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætificat  
civitátem Dei: \* sanctifi-  
cávit tabernáculum suum  
Altíssimus.

Deus in médio ejus non  
commovébitur: \* adjuvá-  
bit eam Deus mane di-  
lúculo.

Conturbátæ sunt gentes,  
et inclináta sunt regna: \*  
dedit vocem suam, mota  
est terra.

D óminus virtútum nobi-  
scum: \* suscéptor noster  
Deus Jacob.

V enite et vidéte ópera  
Dómini, quæ pósuit pro-  
dígia super terram: \* áu-  
ferens bella usque ad si-  
nem terræ.

A rcum cónteret et con-  
frínget arma: \* et scuta  
combúret igni.

V acáte et vidéte quóniam  
ego sum Deus: \* exaltá-  
bor in géntibus, et exal-  
tábor in terra.

D óminus virtútum nobi-

scum: \* suscéptor noster  
Deus Jacob.

Ant. Sanctificávit taber-  
náculum suum Altíssimus.

Ant. Fundátur mons Sion  
exultatióne univérsæ ter-  
ræ, látera aquilónis, ci-  
vitas Regis magni.

Psalmus 86.

F undaménta ejus in  
móntibus sanctis: \* dí-  
ligit Dóminus portas Sion  
super ómnia tabernácula  
Jacob.

G loriósa dicta sunt de  
te, \* cívitas Dei.

M emor ero Rahab et Ba-  
bylónis \* sciéntium me.

E cce alienígenæ et Tyrus  
et pópulus Æthíopum, \*  
hi fuérunt illie.

N umquid Sion dicet: Homo  
et homo natus est in  
ea: \* et ipse fundávit  
eam Altíssimus?

D óminus narrábit in scri-  
ptúris populórum et prín-  
cipum: \* horum, qui fué-  
runt in ea.

S icut lætántium ómnium \*  
habitatio est in te.

A. Fundáatur mons Sion exultatióne univérsæ terræ, látera aquilónis, ci-vitas Regis magni.

V. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.

A. Quóniam non gaudébit inimicus meus super me. Ex libro s. Ambrósii Episc.

de virginibus.

Lect. IV. Lib 2 sub init

**S**it vobis támquam in Simágine descripta virginitas, vítaque beatæ Mariæ: de qua, velut in spéculo, refúlget spécies castitatis et forma virtutis. Hinc sumatís licet cexempla vivéndi, ubi támquam in exemplári magistéria expréssa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenére debeatis, osténdunt. Primus discéndi ardor, nobilitas est magístri. Quid nobílius Dei Matre? Quid splendídius ea, quam Splendor élégit? Quid cástius ea, quæ corpus sine cörperis contagióne generávit?

R. Fundaménta ejus in móntibus sanctis: \*Diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

V. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Diligit.

Lectio V

**N**am de céteris ejus virtútibus quid lóquar? Virgo erat non solum cörpore, sed étiam mente, quæ nullo doli ámbitu sincérum adulteráret af-féctum. Corde húmilis, verbis gravis, ánimo prudens, loquéndi párcior, legéndi studiósior: non in incérto divitiárum, sed in prece páuperis spem repónens: inténta óperi, verecúnda sermóne: árbitrum mentis sólita non hóminem, sed Deum quærere: nullum lädere, bene velle ómnibus, assúrgere majóribus natu, æquálibus non invidére, fügere jactántiam, ratiónem se-qui, amáre virtútem.

R. Nihil inquinátum in

eam incurrit: Candor est lucis æternæ, spéculum sine mácula.

v. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

— Candor.

#### Lectio VI.

**Q**uando ista vel vultu læsit paréntes? quando dissénsit a propínquis? quando fastidívit húmilem? quando derísit débilem? quando vitávit ínopem? Eos solos sólita cœtus virórum invísere, quos misericórdia non erubésceret, neque præteríret verecúndia. Nihil torvum in óculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecúndum. Non gestus fráctior, non incéssus solútior, non vox petulántior: ut ipsa córporis spécies simulácrum fúerit mentis, figúra probitátis.

v. Beátam me dicent omnes generatiónes: \* Quia ancillam húmilem respéxit Deus.

v. Ornátam monílibus fi liam Jerúsalem Dóminus concupívit. — Quia.

Glória Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.

v.t. Ave, grátia plena, Dóminus tecum.

#### Psalmus 95.

**C**antáte Dómino cánti- cum novum: \* cantáte Dómino omnis terra. Cantáte Dómino, et benédicite Nómini ejus: \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópolis mirabília ejus.

**Q**uóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis: \* terríbilis est super omnes deos.

**Q**uóniam omnes dii géntium dæmónia: \* Dóminus autem cœlos fecit Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus: \* sanctimónia, et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino

glóriam et honórem: \*  
afférte Dómino glóriam  
Nómini ejus.

Tóllite hóstias, et intro-  
ite in átria ejus: \* ador-  
áte Dóminum in átrio  
sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus  
univérsa terra: \* dícite  
in géntibus, quia Dómi-  
nus regnávit.

Etenim corréxit orbem  
terræ, qui non commo-  
vébitur: \* judicábit pô-  
pulos in æquitáte.

Læténtrur cœli et exultet  
terra, commoveátur ma-  
re et plenitudo ejus: gau-  
dábunt campi, et ómnia,  
quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia  
ligna silvárum a fácie  
Dómini, quia venit: \* quó-  
niam venit judicáre ter-  
ram.

Judicábit orbem terræ  
in æquitáte, \* et pôpulos  
in veritáte sua.

Ant. Ave, grátia plena,  
Dóminus tecum.

Ant. Venite, et vidéte, et

narrábo quanta fecit Deus  
ánimæ meæ.

Psalmus 96.

Óminus regnávit, e-  
xultet terra: \* lætén-  
tur ínsulæ multæ.  
Vubes et caligo in circúi-  
tu ejus; \* justitia et ju-  
dícium corréctio sedis e-  
jus.

Ignis ante ipsum præcè-  
det, \* et inflammábit in  
circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus  
orbi terræ: \* vidi et com-  
móta est terra.

Montes, sicut cera, fluxé-  
runt a fácie Dómini: \* a  
fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli ju-  
stitiam ejus: \* et vidé-  
runt omnes pôpuli gló-  
riam ejus.

Confundántur omnes, qui  
adórant sculptilia: \* et  
qui gloriántur in simulá-  
cris suis.

Adoráte eum, omnes An-  
geli ejus: \* audívit et læ-  
táta est Sion.

Et exultavérunt filiæ Ju-

dæ \* propter judicia tua,  
Dómine.

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram: \* nimis exaltá-  
tus es super omnes deos.  
Qui diligitis Dóminum,  
odíte malum: \* custódit Dóminus ánimas Sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.  
Lux orta est justo, \* et rectis corde lætitia.  
Lætámini, justi, in Do-  
mino: \* et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Ant. Veníte, et vidéte, et narrábo quanta fecit Deus ánimæ meæ.

Ant. A dextris est mihi Dóminus ne commóvear: propter hoc dilatátum est cor meum.

Psalmus 97.

Cantáte Dómino cán-  
ticum novum: \* quia mirabilia fecit.  
Salvávit sibi déxtera e-  
jus, \* et bráchium san-  
ctum ejus.

Notum fecit Dóminus sa-  
lutare suum: \* in con-  
spéctu Géntium revelávit  
justitiam suam.

Recordátus est misericór-  
diæ suæ, \* et veritatis  
suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes térmīni  
terræ \* salutare Dei nostri.  
Jubiláte Deo omnis ter-  
ra: \* cantáte et exultáte  
et psállite.

Psállite Dómino in citha-  
ra, in cíthara et voce  
psalmi: \* in tubis ductili-  
bus, et voce tubæ córnea.  
Jubiláte in conspéctu Re-  
gis Dómini: \* moveátur  
mare et plenitúdo ejus,  
orbis terrárum et qui há-  
bitant in eo.

Flúmina pláudent manu,  
simul montes exultábunt  
a conspéctu Dómini : \*  
quóniam venit judicáre  
terram.

Judicábit orbem terrá-  
rum in justitia, \* et pó-  
pulos in æquitáte.

Ant. A dextris est mihi  
Dóminus ne commóvear:

propter hoc dilatatum  
est cor meum.

\* Elégit eam Deus et  
præelégit eam.

¶ In tabernáculo suo ha-  
bitare fecit eam.

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 1.

**L**iber generationis Je-  
sus Christi, filii David,  
filii Abraham: Abraham  
génuit Isaac, Isaac autem  
génuit Jacob. Et réliqua.  
Homilia s. Augustini Episc.  
Lib. II. de Cons. evang. c. 1.

**M**atthæus Evangelista  
sic orsus est: Liber  
generationis Jesu Christi,  
filii David, filii Abraham.  
Quo exordio suo satis  
osténdit generationem  
Christi secúndum carnem  
se suscepisse narrándam.  
Secúndum hanc enim  
Christus Filius hóminis  
est: quod etiam se ipse  
sæpissime appéllat, com-  
méndans nobis quid mi-  
sericórditer dignátus sit  
esse pro nobis. Nam illa

supérna et æterna gene-  
rátió, secúndum quam  
Filius Dei Unigénitus est  
ante omnem creatúram,  
quia ómnia per ipsum  
facta sunt, ita ineffabilis  
est, ut de illa dictum a  
Prophéta intelligátur :  
Generatióne ejus quis  
enarrábit?

¶ Signum magnum ap-  
páruit in cœlo, mulier a-  
micta sole, et luna sub  
péribus ejus: \* Et in ca-  
pite ejus coróna stellá-  
rum duódecim.

¶ Filia Sion tota formó-  
sa et suávis est. — Et.

Lectio VIII.

**E**xéquitur ergo hu-  
mánam generationem  
Christi Matthæus, ab A-  
braham generatores com-  
mémorans, quos perdúcit  
ad Joseph virum Mariæ,  
de qua natus est Jesus.  
Neque enim fas erat, ut  
ob hoc eum a conjúgio  
Mariæ separandum putá-  
ret, quod non ex ejus  
concubitu, sed Virgo pé-

perit Christum. Hoc enim exémplo magnifice insinuatur fidélibus conjugatis, etiam serváta pari consénsu continéntia, posse permanére, vocari que conjúgium, non permíxto córporis sexu, sed custodítio mentis afféctu: præsértim quia nasci eis etiam filius pótuit sine ullo compléxu carnáli, qui propter solos gignéndos filios adhibéndus est.

**R.** Benedíxit te Dóminus in virtúte sua: \* Quia per te ad nihilum redégit inimícos nostros.

**R.** Hódie nomen tuum ita magnificávit Dóminus, ut non recédat laus tua de ore hóminum. — Quia. Glória Patri. — Quia.

Lectio IX. Cap. 2.

**C**um autem evidénter dicat Apóstolus Páulus, ex sémine David scúndum carnem Christum: ipsam quoque Mariam de stirpe David aliquam consanguinitátem duxís-

se, dubitare útique non debémus. Cujus féminæ, quóniam nec sacerdotále genus tacétur, insinuante Luca, quod cognáta ejus esset Elísabeth, quam dicit de filiábus Aaron; firmissime tenéndum est, carnem Christi ex utróque génere propagátam, et regum scilicet et sacerdótum, in quibus persónis apud illum pópulum Hebræórum etiam mystica únctio figurabátur, idest chrisma, unde Christi nomen elúceret, tanto ante etiam ista evídentissima significatióne prænuntiátum. Te Deum.

A D L A U D E S  
et per Horas, Antiph.

**S**icut lílum inter spinas,  
**S**ic amica mea inter filias.

**A**nt. Diléctus meus mihi,  
et ego illi, qui páscitur  
inter lilia.

**A**nt. Tota pulchra es,  
amica mea, et mácula non  
est in te.

**152** In festo Immacul. Concept. B. M. V.

Ant. **Benedicta es tu, filia,**  
a Dómino Deo excélo  
præ ómnibus muliéribus  
super terram.

Ant. Tu glória Jerúsalem,  
tu lætitia Israel, tu ho-  
norificéntia pópuli nostri.

Capitulum. PROV. 8.

**D**óminus possédit me  
In início viárum suá-  
rum , ántequam quid-  
quam fáceret a princípio.  
Ab ætérho ordináta sum,  
et ex antiquis, ántequam  
terra fieret. Nondum erant  
abyssi, et ego jam con-  
cépta eram.

**Hymnus.**  
**O** gloriósa vírginum,  
Sublimis inter sidera,  
Qui te creávit, párvulum  
Lacténte nutris úbere.  
Quod Heva tristis ábstulit,  
Tu reddis almo gérmine:  
Intrent ut astra flébiles,  
Cœli reclúdis cárldines.  
Tu Regis alti jánuas,  
Et áula lucis fúlgida:  
Vitam datam per Vírginem  
Gentes redémptæ pláudite.  
Jesu, tibi sit glória,

Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu  
In sempitérna sæcula.

Amen.

v. **Immaculáta Concéptio**  
est hódie sanctæ Mariæ  
Vírginis.

R. **Cujus vita ínclyla cun-**  
**tas illústrat Ecclésias.**

Ad Benedictus.

Ant. Ait Dóminus Deus ad  
serpéntem: inimicítias po-  
nam inter te et mulerem,  
et semen tuum et semen  
illius: ipsa cónteret caput  
tuum. Alléluja.

Oratio.

**D**eus, qui per Immacu-  
látam Vírginis Con-  
ceptionem dignum Filio  
tuo habitáculum præpa-  
rásti, ejus nobis interces-  
sione concéde, ut cor et  
corpus nostrum immacu-  
látum tibi, qui eam ab  
omni labo præservásti ,  
fidéliter custodiámus. Per  
eúndem Dóminum.

Com. feriae.

Ad Primam.

R. breve. Qui natus es.

Ad Tertiam.

Ant. Diléctus meus.

Capitulum. Prog. 8.

**D**óminus possédit me  
In initio viárum suá-  
rum, ántequam quid-  
quam fáceret a princípio.  
Ab ætérno ordináta sum  
et ex antiquis, ántequam  
terra fieret. Nondum e-  
rant abyssi, et ego jam  
concépta eram.

R. br. Deus \* Præcínxit  
me virtúte. — Deus.

¶ Et pósuit immaculátam  
viam meam. — Præcinxit.  
Glória Patri. — Deus  
præcínxit me virtúte.  
¶ In hoc cognóvi quó-  
niám voluisti me.

R. Quóniam non gaudébit  
inimicus meus super me.

Ad Sextam.

Ant. Tota pulchra es.

Capitulum. Ezech. 44.

**P**orta hæc cláusa erit,  
non aperiétur, et vir-  
non intrábit per eam,  
quóniam Dóminus Deus  
Israel ingrüssus est per  
eam: eritque cláusa prin-

cipi. Prínceps ipse sedé-  
bit in ea.

R. br. In hoc cognóvi ^  
Quóniam voluisti me. — In.  
¶ Quóniam non gaudé-  
bit inimicus meus super  
me. — Quóniam.

Glória Patri. — In hoc.  
¶ Elégit eam Deus et  
præelégit eam.

R. In tabernáculo suo ha-  
bitáre fecit eam.

Ad Nonam.

Ant. Tu glória.

Capituluin. Prog. 8.

**B**eatús homo, qui audit  
me, et qui vigilat ad  
fores meas quotidię, et  
obsérvat ad postes óstii  
mei. Qui me invénerit,  
invéniet vitam, et háuriat  
salutem a Dómino.

R. br. Elégit eam Deus \*  
Et præelégit eam. — Elégit.

¶ In tabernáculo suo ha-  
bitáre fecit eam. — Et.  
Glória Patri. — Elégit.  
¶ Diffusa est grátia in  
labiis tuis.

R. Propterea benedíxit te  
Deus in ætérnum.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis, præter Antiph. ad Magnificat.

**Ant.** Concéptio tua, Dei génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mun-  
do: ex te enim ortus est sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens ma-  
ledictiōnem, dedit benedictiōnem, et confundens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam. Allel.

Comm. feriae.

**Missa Venite et vidéte.**

**DIE IX DECEMBRIS.**  
Secunda inf: a Octavam  
Immae. Concept. B. M. V.  
**Semid.** Omnia ut in festo

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lection IV.

**Sermo s. Epiphánii Episc.**  
Or. de laud. s. Mariæ Deip.  
Quid dicam? et quid  
próloquar? Quo pacto  
béatam prædicábo gloriæ  
radicem? Solo enim Deo

excépto, cunctis supérior exístit; natúra formósior est ipsis Chérubim, Séraphim, et omni exércitu angélico: cui prædicándæ cœlestis ac terréna lingua míime súfficit, imo vero nec Angelórum. Etenim ipsi quidem hymnum, láudem, honórem protulérunt. Lætabántur vero Angeli, támquam ipsi dumtáxat Deum habérent; quibus Sanctissima Virgo supérior facta, Deum habitántem in cœlis concépit in terra, ut hac ratióne exércitus Angelórum tráheret in terram, et versarétur cum homíni-  
bus. Ipsa enim est cœli et terræ mediátrix, quæ uniónem naturáliter perégit.

**R.** Fundaménta ejus in móntibus sanctis: \* Diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

**V.** Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Diligit.

## Lectio V.

**O** Beáta Virgo, colúm-  
ba pura et sponsa  
cœlestis María, cœlum,  
templum et thronus di-  
vinitatis, quæ coruscán-  
tem in cœlo et in terra  
solem habes Christum;  
nubes lúcida, quæ fulgur  
de cœlo lucidíssimum ad  
illuminandum mundum  
deduxisti Christum. Nu-  
bes cœlestis, quæ toní-  
trum Spíritus Sancti in  
se ipsa recónditum de-  
dúxit in mundum, et im-  
brem Spíritus Sancti in  
univérsam terram, ad  
producéndum fidei fru-  
ctum, cum ímpetu demí-  
sit. Ave, grátia plena, por-  
ta cœlorum, de qua Pro-  
phéta vaticinátus est his  
verbis: Ecce porta cláusa,  
et nullus ingrediétur per  
eam, nec egrediétur, præ-  
ter quam Dóminus Deus  
solus: et erit porta cláusa  
duci, quia dux ipse vo-  
cabitur et in ipsum spe-  
rábunt omnes gentes. De-

hac porta etiam in Cán-  
ticis Prophéta in decúrsu  
oratiónis plane et aperte  
prolóquitur inclámans :  
Hortus conclusus soror  
mea sponsa, hortus con-  
clúsus, fons signátus.

¶ Nihil inquinátum in  
eam incúrrit : \* Candor  
est lucis ætérnæ, spécu-  
lum sine mácula.

† Hortus conclusus, so-  
ror mea sponsa, hortus  
conclúsus, fons signátus.  
— Candor est lucis æ-  
térnæ, spéculum sine má-  
cula.

## Lectio VI.

**A**ngeli accusábant E-  
vam, nunc vero Ma-  
riam glória prosequún-  
tur, quæ mulierum in-  
firmitátem vere gloriósam  
réddidit; quæ lapsam E-  
vam eréxit, et Adánum  
e paradiſo dejéctum in  
cœlos misit; quæ paradi-  
sum clásum apéruit, et  
per latrónem rursum Adá-  
num complantávit. Per  
te enim, o Virgo, médius

obstructiōnis páries ini-  
micítias dissólvit; per te  
pax cœlestis donáta est  
mundo; per te hómines  
facti sunt Angeli; per te  
hómines appellati sunt  
amíci, servi et filii Dei;  
per te hómines meruér-  
runt esse consérvi Ange-  
lórum, et cum eis fami-  
liáriter conversári; per  
te notitia cœlestis a terra  
transmittitur in cœlos;  
per te hómines fidúciam  
habent in cœlo erga Altíssimum;  
per te crux  
resplénduit per univér-  
sam terram, in qua qui-  
dem cruce pepéndit Filius  
tuus Christus Deus noster;  
per te mors conculcátur,  
et spoliátur inférnus.

R. Beátam me dicent o-  
mnes generatiōnes: Quia  
ancíllam húmilem respé-  
xit Deus.

J. Ornátam mónilibus fi-  
liam Jerúsalem Dóminus  
concupívit. — Quia.

G lória Patri. — Quia  
ancíllam.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélī  
secundum Matthæum

Lectio VII. Cap. 1.

**L**iber generatiōnis Jesu  
Christi, filii David, filii  
Abraham. Abraham génuit  
Isaac. Isaac autem génuit  
Jacob. — Et réliqua.  
Homilia s. Hierónymi Pres.

Lib. 1 comm. in Matt.

**I**n Isaia légitimus: Gene-  
ratiónem ejus quis e-  
narrábit? Non ergo pu-  
témus Evangelistam Pro-  
phétæ esse contrárium,  
ut quod ille impossibile  
dixit effátu, hic enarráre  
incipiat: quia ibi de ge-  
neratiōne divinitatis, hic  
de incarnatione est di-  
ctum. A carnálibus autem  
cœpit, ut per hóminem,  
Deum díscere incipiámus.  
Filii David, filii Abraham.  
Ordo præpósterus, sed  
necessário commutátus. Si  
enim primum posuisset  
Abraham, et póstea Da-  
vid, rursus ei repeténdus  
fuerat Abraham, ut gene-

ratónis séries texerétur.

R. Signum magnum appáruit in cœlo, mulier amicta sole, et luna sub pédibus ejus: \* Et in capite ejus coróna stellárum duódecim.

V. Fília Sion tota formosa et suávis est. — Et.

Lectio VIII.

I deo autem céteris prætermíssis, horum filium nuncupávit: quia ad hóstium facta est de Christo repromissio. Ad Abraham: In sémine, inquit, tuo benedicéntur omnes gentes, quod est Christus. Ad David: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem génuit Phares et Zaram de Thamar. Notándum in genealogía Salvatéris nullam sanctárum assúmi mulierum, sed eas, quas Scriptúra reprehéndit; ut qui propter peccatóres vénerat, de peccatóribus nascens, ómnium peccáta deléret.

Unde et in consequéntibus

Ruth Moabítis pónitur, et Bethsabée uxor Uriæ.

R. Benedíxit te Dóminus in virtúte sua: \* Quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros.

V. Hódie nomen tuum ita magnificávit Dóminus, ut non recédat laus tua de ore hóminum. — Quia. Glória Patri — Quia.

Lectio IX.

Iacob autem génuit Joseph. Hunc locum objécit nobis Juliánus augústus de dissonántia Evangelistárum: cur Evangelista Matthæus Joseph díixerit filium Jacob, et Lucas eum filium appellárit Heli; non intélligens consuetúdinem Scripturárum, quod alter secundum natúram, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Móysen, Deo jubénte, præcéptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mórtuus fúerit, álius ac-

cipiat uxórem ad suscítandum semen fratris vel propinquí sui. Joseph virum Mariæ. Cum virum audíeris, suspicio tibi non súbeat nuptiárum; sed recordáre consuetudinis Scripturárum, quod sponsi viri, et sponsæ vocéntur uxóres. — *Te Deum.*

Comm. feriæ.

#### **DIE X DECEMBRIS.**

Tertia intra Octavam Immac. Concept. B. M. V. Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lect. de Scriptura occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Sermo s. Thomæ Archiepiscopi Valentini.

In Conceptione B. M. V.  
**N**on est facta in pón-

**N**dere et mensúra Virgo. Omnibus dedit, ómnia replévit. Et quemádmodum sol justitiæ Christus Deus noster oríri facit lumen suum super bonos et malos: sic lumen indeficiens Virgo sacratis-

sima, rádios évibrans misericordiæ suæ, ómnibus indifferénter sese exorabilem, ómnibus clementissimam præbet, ómnium déniue necessitatés amplissimo quodam miseratur afféctu. Omnibus ómnia facta est; sapiéntibus et insipiéntibus copiosissima caritáte debitrícem se fecit; ómnibus misericordiæ sinum apéravit, ut de plenitúdine ejus accípiant univérsi, captivus redemptiōnem, æger curatiōnem, tristis consolatiōnem, peccátor véniam, justus grátiam, Angelus lætitiam, déniue tota Trinitas glóriam, Filii persona carnis humánæ substántiam.

**R.** Fundaménta ejus in móntibus sanctis: \* Díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

\* Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Díligit Dóminus.

## Lectio V.

**O** lampas lucidissima,  
quantos laetificasti,  
quando divino splendore  
illustrata in utero Matris  
immaculata apparuisti!  
Concepit tua, Dei genitrix  
Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo.  
Merito epithalamii praecentor ille a longe in ortu tuo te intuitus: Quae, inquit, est ista, quae progeditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?  
Sicut aurora valde rutilans in mundum prodisti, o Maria, quando veri solis fulgore adumbrata in Conceptione tua Immaculata fuisti. Ipse enim sol justitiae de te processurus, ortum tuum quadam matutina irradiatione præveniens, in te suæ lucis radios copiosissime transfudit, quibus potestates tenebrarum, quas Eva produxerat, infugam convertisti.

¶ Nihil inquinatum in eam incurrevit: \* Candor est lucis æternæ, speculum sine macula.

¶ Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.  
— Candor.

## Lectio VI.

**T**u pulchra ut luna dicaris, eique non immrito compararis; illa enim omnium astrorum sola, soli simillima, comparatione et candore venusta, tu inter millia astrorum Deo assistentium, omnigena puritate in celo gloriosa præfulges. Tu ergo pulchra es ut luna, imo et pulchrior luna, quia tota pulchra es, et maculæ neque originalis, neque actuialis umbra non est in te. Tu electa es, ut sol. Ille, inquam, sol, solis conditor, ille electus est ex millibus virorum; tu electa ex millibus feminarum. Tu terribilis ut castrorum acies ordinata. An non horruerunt prin-

cipes tenebrárum, quando vidérunt præter morem immaculátē concéptam, armatúra omni fortiore instrúctam contra se procédere séminam? Quin et in animatióne tua ácies válidas spirituálum Virtútum, et innumerabilium beatórum spirítuum milítiam delegátam fuisse nullátenus ambigimus; útpote qui custodírent léctulum Salomónis puríssimum, ne præparátum ætérrno Regi hospitium áliénus hospes inváderet.  
Beátam me dicent omnes generatiónes: Quia ancillam húmilem respéxit Deus.

¶ Ornátam monílibus síliam Jerúsalem Dóminus concupívit. — Quia.  
Gloria Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 1.

Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii

Abraham: Abraham génuit Isaac; Isaac autem génuit Jacob. — Et réliqua.

Homilia s. Ambrósii Episc. Ex. Evang. sec. Lue. c. 5.

Ideo istos duos géneris auctóres Evangelista delégit: unum qui promíssum accépit de congregatióne populórum: álerum, qui de generatióne Christi oráculum consecútus est. Et ídeo licet órdine sit successiónis postérior, prior tamen quam Abraham in Dómini generatióne describitur; quia plus est promíssum accepísse de Christo, quam de Ecclésia; quóniam Ecclésia ipsa per Christum. Ergo unus princeps géneris secúndum carnem, alter princeps géneris secúndum spíritum: alter secúndum séminis grátiā, alter secúndum populórum fidem; pótior enim qui salvat, eo qui salváatur. Et ídeo David

filius dicitur: Liber generatiōnis Jesu Christi filii David. Ejus enim primo loco débuit filius dici, cui dari filius est promissus; licet Apóstolus étiam Abrahæ Christum dicat esse promíssum. Abrahæ enim dictæ sunt promissiōnes, et sémini ejus. Non dicit: et seminibus; tamquam in multis, sed sicut in uno: Et sémini tuo; qui est Christus: ut áltéri proprietas generatiōnis, principátus áltéri deferátur.

R. Signum magnum appáruit in cœlo, mūlier amicta sole, et luna sub pédibus ejus: \* Et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

V Filia Sion tota formosa et suávis est. — Et.

### Lectio VIII.

**I**lli delatum est, ut Jesus ejus filius diceré tur: huic, quasi príncipi, familiæ gentiumque prærogativa servátur; ut ab

Abraham generatiōnis dominicæ manáret exordium. Qui enim fidei áuctor est, ipsum adsérere Scriptúra quóque débuit divinæ generatiōnis auctórem. Unde et Lucas ad Deum putávit originem ejus esse referéndam; quod verus Christi generátor Deus sit, vel secundum veram generatiōnem pater, vel secundum lavácri regeneratiōnem mystici mún eris áuctor. Et ídeo non a primo generatiōnem ejus cœpit describere; sed posteaquam baptísum ejus explicuit, auctórem omnium Deum per baptísum cùpiens demonstráre, Christum quóque a Deo órdine manásse successiōnis adséruit: univer sa contéxens, ut et secundum natúram, et secundum grátiam, et secundum carnem Dei Fílium demonstráret.

R. Benedixit te Dóminus

162 Intra Octavam Immacul. Concept. B. M. 7  
in virtute sua: \* Quia per te ad nihilum rededit inimicos nostros.  
¶ Hodie nomen tuum ita magnificavit Dominus, ut non recedat laus tua de ore hominum. — Quia. Glória Patri — Quia.

Lectio IX

Quod vero per Salomonem Matthæus generationem derivandam putavit, Lucas vero per Nathan: alter regalem, alter sacerdotalem Christi familiam videtur ostendere. Quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius, sed alter alteri pari fide et veritate concordet. Fuit enim vere et secundum carnem regalis et sacerdotialis familiae: rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus, licet oraculum non de carnalibus, sed de cœlestibus exprimatur; quoniam et rex in Dei virtute lætatur, cui iudicium a Pa-

tre rege defertur, et sacerdos est in æternum, secundum quod scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Bene igitur uterque tenuit fidem, ut Matthæus per reges ductam originem comprobaret, et Lucas per sacerdotes a Deo transmissam in Christum sériem generis deducendo, sanctiorem ipsam originem declararet.

Te Deum.

Comm. feriae, et s. Melchiadis Papæ et mart.

#### DIE XII DECEMBRIS.

Quinta intra Octavam Immac. Concept. B. M. V.  
Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.  
Lect. de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Sermo s. Bernardi Abb.  
De duod. prærog. B. M. V.

Mulier, inquit, amicta sole. Plane amicta lumine tamquam vesti-

ménto. Non pércepit forte carnális, nimírum spirituále est: stultitia illi videtur. Non sic videbátur Apóstolo, qui dicébat: Indúmini Dóminum Jesum Christum. Quam familiáris ei facta es Dómina! Quam próxima, immo quam íntima fieri meruísti, quantum invenísti grátiam apud eum! In te manet, et tu in eo: et vestis eum, et vestíris ab eo. Vestis cum substántia carnis, et vestit ille te glória suæ majestatis. Vestis solem nube, sole ipsa vestíris. Novum enim fecit Dóminus super terram, ut múlier circúmdaret virum, nec álium quam Christum, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum quoque fecit in cœlo, ut múlier sole appáreret amicta. Dénique et coronávit eum, et vicissim ab eo méruit coronári.

¶. Fundaménta ejus in móntibus sanctis: \* Diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

¶. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Diligit.

Lectio V.

In cápite, inquit, ejus coróna stellárum duódecim. Dignum plane stellis coronári caput, quod et ipsis longe clárius mícans, ornet eas pótius quam ornétur ab eis. Quidni corónent sídera quam sol vestit? Sicut dies verni, ait, circúmabant eam flores rosárum, et lília conválliūm. Nimírum læva sponsi sub cápite ejus, et jam déxtera illius amplexátur eam. Quis illas aestimet gemmas, quis stellas nöminet, quibus Mariæ régium diadéma compáctum est? Supra hóminem est corónæ hujus ratiónem expónere, indicare compositiōnem. Mi-

hi sane singuláris rútilat fulgor, primo quidem in Mariæ generatióne, se-cundo in angélica salutatióne, tértio in Spíritus superventióne, quarto in Filii Dei inenarrábili Conceptiόne.

℟. Nihil inquinátum in eam incúrrit : Candor est lucis æternæ, spéculum sine mácula.

℣. Hortus conclúsus, soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus.

— Candor.

#### Lectio VI.

**Q**uid ergo sidéreum nícat in generatióne Mariæ ? Plane quod ex régibus orta ; quod ex sémine Abrahæ ; quod generósa ex stirpe David. Si id parum vidétur, ade quod generatióni illi ob singuláre privilégium sanctitatis, divinitus nón scitur esse concéssa; quod longe ante eisdem pátribus cœlitus repromissa ; quod mysticis præsignáta

miráculis ; quod oráculis prænuntiáta prophéticis. Hanc enim sacerdotális virga, dum sine radice flóruit ; hanc Gedeónis vellus, dum in médio siccæ áreæ máduit; hanc in Ezechiélis visióne orientális porta, quæ nulli umquam pátuit, præsig-nábat. Hanc déniue præ céteris Isaías nunc Vírginis de radice Jesse oritúram prænunciábat ; nunc evidéntius Vírginem paritúram. Mérito signum hoc magnum in cœlo apparuisse scribitur, quod tanto ante de cœlo nón scitur fuisse promíssum.

℟. Beátam me dicent omnes generatiónes: \*Quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

℣. Ornátam monílibus fíliam Jerúsalem Dóminus concupívít. — Quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

Glória Patri. — Quia ancíllam.

In tertio Nocturno.

**Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.**

Lectio VII. Cap. 1.

**L**iber generatiónis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. — Et réliqua.

**Homilja s. Joánnis Chrys.**

Homil. 2 in Matth.

**A**uditu quidem mirábilis Deus, et qui nec sermóibus explicári potest, nec cogitatióibus comprehéndi, Patrique per ómnia coæquális, per Vírginis ad nos venit úterum, et fieri ex muliere dignátus est, et habére progenítóres David et Abraham: et quid dico David et Abraham? etiam illas, quod magis stupéndum est, féminaſ, quas páulo ante memóravi. Hæc igitur áudiens mente consúrge, nihilque húmilius suspiciéris; sed pótius propter hoc ipsum

máxime miráre, quia cum verus et diléctus Filius sit sempitérni Dei, etiam Filius David esse dignátus est, modo ut te filium fáceret Dei: servum patrem habére dignátus est, ut tibi servo patrem fáceret ipsum Deum.

**A**. Signum magnum appáruit in cœlo, múlier amicta sole, et luna sub péribus ejus: \* Et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

**X.** Filia Sion tota formósa et suávis est. — Et.

Lectio VIII.

**V**ides ab ipso statim principio, quam læta sint hæc nuntia. Quod si ámbigis de his, quæ ad tuum spectant honórem; ab iis, quæ illius sunt, étiam tua disce crédere. Quantum enim cónsequi potest humána rátio, multo est difficilius Deum hóminem fieri, quam hóminem Dei filium consecrári. Cum ergo au-

dieris, quia Filius Dei, Filius sit et David et Abraham, dubitare jam desine, quod et tu, qui filius es Adae, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ita humiliasset, nisi nos esset exaltatus. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineras filius esse mulieris. Benedixit te Dominus in virtute sua: \* Quia per te ad nihilum rededit inimicos nostros.

Hodie nomen tuum ita magnificavit Dominus, ut non recedat laus tua de ore hominum. — Quia. Gloria Patri. — Quia.

Lectio IX.

**P**ropterea duplex facta generatio est, haec scilicet nostrae similis, illa nostram eminenter excendens. Quod enim natus ex semina est, et nobis competit: quod vero non ex sanguine, neque ex

voluntate carnis aut viri, sed ex Spiritu Sancto, aliam nobis sublimioram futuramque et spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diversitate constabunt. Nam et baptisma profecto tale suscepit, quod haberet quidem aliquid veteris, haberet et novi. Quod enim baptizatus est a Propheta, expressit vetus; quod autem descendit Spiritus, adumbravit novum. — Te Deum

Comm. feriae.

#### DIE XIV DECEMBRIS.

Septima infra Octavam Immac. Concept. B. M. V. Semid. Omnia ut in festo.

In primo Nocturno.

Lect. de Scriptura occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Sermo s. Joannis Damasc.

Sermo 2 in Nativ. B. M. V

**C**um homo per immensam Dei bonitatem in rerum naturam edendus

esset, in primis cœlum exténditur, substérrnitur terra, suis mare térrinis cláuditur, céteraque ómnia, quibus útraque complénda essent, in univér-  
si ornátu una producta sunt. Tum postrémum homo, régio cultu in pa-  
radiso velut in virtútis schola pónitur, ac nisi violásset præcéptum, a vitálí illo loco núnquam exulásset: cumque expers induménti esset, nisi di-  
vinis consiliis obstitisset, haudquáquam in multis variisque affectionib⁹ ob-  
nóxiā mutatiōnem ceci-  
disset, ut Dei monárchæ  
loco plura númina cóle-  
ret. Cunctis itaque, ut verbo expédiam, interti-  
óni déditis, miseránte Deo, ne quem suis ipse máni-  
bus formásset, in nihilum céderet penitús-  
que abolerétur, cœlum áliud novum terrámque ac mare fábricat, in qui-  
bus propensióri consilio

humánū genus refor-  
matúrus ipse caperétur,  
qui capi nusquam potest.  
Isthæc porro est beata  
multiplicitéque celebrán-  
da Virgo.

R. Fundaménta ejus in móntibus sanctis: Diligit Dóminus portas Sion su-  
per ómnia tabernácula Jacob.

X. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Diligit.

#### Lectio V.

O rem miram! Cœlum quidem est, cum ve-  
lut ex penitissimis virgi-  
nitatis thesáuris solem  
justitiæ próferat: terra vero, ceu quæ ex inter-  
merátis lumbis vitæ spi-  
cam edat: mare tandem, útpote quæ ex úteri sui sinu spiritálem margarítam prodit. Nunc itaque nova ejus, qui capi né-  
quit, creatúra clúxit: uni-  
versórū regis regális áula paráta est, ejus qui incomprehensibilis est, ratióne utens diversó-

rium instrūctum. Quam mundus iste magnificus est! quam stupēnda creatio, quæ virtutum arbóribus venustatēm habet, castitatis odore fragrat, sensorum splendóribus claret, cunctisque bonis aliis nulla penuria frūtitur: digna dēnique prorsus est, in qua Deus ad homines véniens inhábitet! Quinimo, inquit, mundus antérior quam máxime est admirabilis. Tum enim, cum créata sunt sidera, laudavérunt me voce magna Angeli mei, et prædicavérunt: nihil vero sic Deo decens gratumque fuit, uti sancta, omnibusque modis miranda Virgo.

Nihil inquinatum in eam incúrrit: \* Candor est lucis æternæ, spéculum sine mácula.

Hortus conclúsus, soror mea sponsa, hortus conclúsus, fons signátus.  
— Candor.

## Lectio VI.

O indulgentiæ demissió-nem! Qui eximie bonus est, proprii sigmènti proles audire non rénuit, amore captus illius, quæ créatis ómnibus speciósior est, illam ampléxus, quæ cœlestibus virtutibus dignitatē präit. De hac itaque summe admirabilis Zachárias ait: Gáude et lætare, filia Sion, quia ecce vénio, et habitaró in médio tui, dicit Dóminus. Sed et beatissimus Joel de eádem, ut quidem exístimo, ita propémódum nòscitur clamare: Confide terra, gáude et lætare, quia magnificavit Dóminus, ut fáceret tibi. Terra námque est, in qua sacratissimus Moyses umbraticæ legis calceaméntum sólvere ob gratiæ commendatiónenem jussus est. Terra est, in qua ille carne fundátus a spíritu cánitur, qui fundat terram super stabili-

tátem suam. Terra est, in qua nulla peccáta enata spina: secus vero per cuius germen illud pótius evúlsum est. Terra est, non uti prior maledicta, ac cuius fructus spinis ac tribulis horréscant: sed super quam benedictio Dómini fuit, et cuius fructus ventris benedictus, ut sacro dictum est oráculo.

R. Beátam me dicent omnes generatíones: \*Quia ancíllam húmilem respéxit Deus.

X. Ornátam monilibus filiam Jerúsalem Dóminus concupivit. — Quia ancíllam.

Glória Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 4.  
**L**iber generatíonis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. — Et reliqua.

### De Homilia

s. Joánnis Chrysóstomi.  
 Hom. 2 in Matt. post init.

**C**ujus vero rei grátia liberum ipsum generatíonis Christi vocat, ubi non sola útique generatio, sed tota prorsus ipsius mystérii dispensatío continétur? Quia totius scilicet dispensatíonis caput, radix atque principium ómnium nobis in hoc consistit bonorum. Ut enim Móyses liberum cœli appellávit ac terræ, cum certe non de cœlo solum, terraque loqueréatur, sed de cunctis, quæ inter ipsa subsistunt: ita étiam Evangelista ab ipso ómnium fonte et cárpite bonorum liberum vocávit.

R. Signum magnum appáruit in cœlo, múlier amicta sole, et luna sub pédibus ejus: \* Et in cárpite ejus coróna stellarum duodecim.

X. Filia Sion tota formosa et suávis est. — Et.

## Lectio VIII.

**Q**ua vero de causa non eum ante filium Abrahæ, et póstea filium David nuncupávit? Non, sicut opinántur áliqui, ab inferióribus volens ad superiòra concéndere. Céterum fecisset, quod fecit et Lucas: nunc autem e contrario facit. Cur ergo commemorávit priórem David? Quia ipse proculdúbio in ómnium versabátur ore, ob insigne honóris et gloriæ, ob ipsius quoque témporis spátia junctióra. Etsi enim utriusque promiserat Deus, sed tamen illud quasi antiquum reticebátur, hoc vero, quasi novum et recens, ab ómnibus celebrabátur.

**B**enedíxit te Dóminus in virtute sua: \* Quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros.

**H**ódie nomen tuum ita magnificávit Dóminus, ut non recédat laus tua de

ore hóminum. — **Quia.**  
**Gloria Patri.** — **Quia.**

## Lectio IX

**I**psi námque Judæi dicunt: Nonne ex sémine David, et Béthlehem castélo, unde erat David, venit Christus? Nemo igitur illum Filium Abrahæ, sed omnes Fílium David nominábant; qui etiam honorabilióres quóusque de sanctitaté reges, qui post David fuisse referúntur, ab illo omnes vocábant. Nec ipsi solum, verum etiam Deus; nam et Ezéchiel, et álli prophétæ dicunt, David surrectúrum esse eis, atque ventúrum: non de illo útique mórtuo jam loquéntes, sed de iis, qui illius virtútem erant imitáti. Propterea igitur a notiōre interim et celebratiōre persóna sumit exordium: et tum demum ad antiquiōrem recurrít paréntem. — **T**e Deum. Com. seriae

**DIE XV DECEMBRIS.**

Octava

Immac. Concept. B. M. V.

Dupl.min. Omnia ut in fest.

In primo Nocturno

Lect. de Scriptura occurr.

Sed feria IV Quatuor Temporum Ego Sapiéntia ut in festo Dedicationis s. Mariæ ad Nives, die 5 augusti.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Sermo s. Bernárdi Abb.

Hom. 2 super Missus est.

**L**aetare, pater Adam, sed magis tu, o Eva mater, exulta, qui sicut ómnium paréntes, ita ómnium fuístis peremptóres; et quod infelicius est, prius peremptóres, quam paréntes. Ambo, inquam, consolámini super filia, et tali filia; sed illa ámplius, de qua malum ortum est prius, cuius opprórium in omnes pertransivit mulieres. Instat namque tempus, quo jam tollátur opprórium,

nec hábeat vir quid cau-sétur advérsus féminam; qui útique, dum se imprudénter excusáre conarétur, crudéliter illam accusáre non cunctátus est, dicens: Múlier, quam dedísti mihi, dedit mihi de ligno, et comédi. Proptérea curre, Eva, ad Maríam; curre, mater, ad filiam; filia pro matre respóndeat; ipsa matris opprórium áuferat; ipsa patri pro matre satisfáciat: quia ecce si vir cécidit per féminam, jam non erigitur nisi per féminam.

**R.** Fundaménta ejus in móntibus sanctis: \* Diligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

**R.** Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Diligit.

Lectio V.

**Q**uid dicébas, o Adam? Múlier, quam dedísti mihi, dedit mihi de ligno, et comédi. Verba malítiae

sunt hæc , quibus magis  
áugeas, quam déleas cul-  
pam. Verúmtamen Sapién-  
tia vicit malitiam , cum  
occasiónem véniæ, quam  
a te Deus interrogándo  
elicere tentávit, sed non  
pótuit, ia thesáuro inde-  
ficiéntis suæ pietatis in-  
vénit. Rédditur nempe  
fémina pro fémina, pru-  
dens pro fátua , húmiliis  
pro supérba; quæ pro  
ligno mortis gustum tibi  
pórrigat vitæ, et pro ve-  
nenoso cibo illo amari-  
túdinis, dulcédinem pá-  
riat fructus æterni. Muta-  
ergo iniquæ excusatiónis  
verbum in vocem gra-  
tiárum actiónis, et dic :  
Dómine , múlier , quam  
dedisti mihi , dedit mi-  
hi de ligno vitæ, et co-  
mèdi; et dulce factum est  
super mel ori meo, quia  
in ipso vivificásti me. Ec-  
ce enim ad hoc missus  
est Angelus ad Virginem.  
O féminam singuláriter  
venerándam, super om-

nes féminas admirábilem,  
paréntum reparatricem,  
postérorum vivificatí-  
cem!

R. Nihil inquinátum in  
eam incúrrit : \* Candor  
est lucis æternæ, spécu-  
lum sine mácula.

\* Hortus conclúsus, so-  
ror mea sponsa, hortus  
conclúsus, fons signátus.  
— Candor.

#### Lectio VI.

Quam tibi áliam prædi-  
xísse Deus vidétur,  
quando ad serpéntem ait:  
Inimicítias ponam inter  
te et mulierem? Et si a-  
dhuc dúbitas, quod de  
María díixerit, audi quod  
séquitur: Ipsa cónteret  
caput tuum. Cui hæc ser-  
váta victória est, nisi Ma-  
riæ? Ipsa proculdúbio ca-  
put contrívit venenátum,  
quæ omnímodam sugge-  
stiónem tam de carnis  
illécebra, quam de men-  
tis supérbia dedúxit ad  
níhilum. Quam vero áliam  
Sálomon requirébat, cum

dicébat: Mulierem fortem quis invéniet? Nóverat quíppa vir sápiens hujus sexus infirmitátem, frágile corpus, lúbricam mien-tem. Quia tamen et Deum légerat promisssé, et ita vidébat congrúere, ut qui vicerat per féminam, vin-cerétur per ipsam, vehe-ménter admirans ajébat: Mulierem fortem quis in-véniet? Quod est dicere: si ita de manu féminæ pendet et nostra ómnium salus, et innocéntiæ re-stitútio, et de hoste vic-tória: fortis omnino ne-césse est ut provideátur, quæ ad tantum opus pos-sit esse idónea.

R. Beátam me dicent o-mnes generatiónes: Quia ancíllam húmilem respé-xit Deus.

X. Ornátam monílibus fi-liam Jerúsalem Dóminus concupívit. — Quia an-cíllam:

Glória Patri. — Quia ancíllam.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.  
Lectio VII. Cap. 4.

**L**iber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham: Abraham génuit Isaac; Isaac áutem génuit Jacob. — Et réliqua.

De Homilia  
s. Joannis Chrysóstomi.

Hom. 2 in Matt. post init.

**D**uo sunt, quæ páriunt quæstióinem. Unum, quæ causa sit, ut in ge-nerationum catálogo Vir-go sileátur: álerum ve-ro, qua ratíone Joseph memorétur, cui certe nihil cum Christi generatióne est commúne. Vidétur enim et unum abundáre, et álerum deésser. Quid ergo dicémus? Quod ú-tique primum illud ne-césse fúerit memorári, quemádmodum ex David Virgo descénderit. Unde hoc itaque discémus? Audi ad Gábriel loquéntem Dóminum: Vade ad Ví-

ginem despósatam viro,  
cui nomen Joseph, ex  
domo et familia David.  
Quid vis audire manifé-  
stius, cum ex domo et fa-  
milia David illam Virgi-  
nem esse cognóscas?

**R.** Signum magnum appáruit in cœlo, muller amicta sole, et luna sub pédibus ejus: \* Et in cá-  
pite ejus coróna stellárum  
duódecim.

**R.** Filia Sion tota formó-  
sa et suávis est. — **Et.**

Lectio VIII.

**V**on erat mos apud He-  
bræos generatiónum  
catálogum per féminas  
tékere. Ut ergo et morem  
custodíret, ne in ipso  
statim principió videré-  
tur antiqua destrúere, et  
nobis Vírginem cértius  
indicáret, paréntes ejus  
réticens atque majóres, de  
Joseph generatióne  
non tákuit. Sive enim hæc  
fecisset in Virgine, novi-  
tatis non effugisset invi-  
diam: sive Joseph reti-

cuisset, non agnosceré-  
mus ex qua tribu Virgo  
subsisteret. Ut ergo et  
nos discernerémus quæ  
esset María, vel unde,  
et consuetúdo legis per-  
manéret immóbilis, gene-  
ratiónum catálogum u-  
sque ad sponsum ejus  
perdúxit, ac de domo  
illum David esse mon-  
strávit.

**R.** Benedíxit te Dóminus  
in virtúte sua: \* Quia  
per te ad nihilum redé-  
git inimícos nostros.

**R.** Hódie nomen tuum ita  
magnificávit Dóminus, ut  
non recédat laus tua de  
ore hóminum. — Quia.  
Glória Patri. — Quia.

Lectio IX.

**I**lluc enim declaráto,  
illud quóque páriter  
osténdit, quod scilicet in-  
de esset et Virgo, quia  
útique nequáquam justus  
iste paterétur uxórem si-  
bi aliunde, quam unde  
lex præcipiébat, elígere.  
Póssumus vero áliam quó-

Infra Octavam Immacul. Concept. B. M. V. 175  
que et altiorem quidem proférre rationem, ob quam paréntes Virginis prætermissi sunt. Sed quæ ea est? Nóluit Evangelista, recénti adhuc tempore novi illius, admirandique partus, Judæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed a nobis de Patrum atque insignium virorum traditione suscéptus. Te Deum, Com. feriæ.



## SINGULIS SABBATIS

Offic. IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. M. V. Semid.

Dummodo non sint  
impedita ab officio 9 le-  
ctionum, et exceptis Ad-  
ventus, Quatuor Tempo-  
rum, Quadragesimæ et  
Vigiliarum temporibus.

Omnia ut in festo.

In I Nocturno  
Lect. de Scriptura occurrit.

In II et III Nocturno  
Ut infra, nimirum men-  
sibus

**JANUARIO ET FEBRUARIO**  
Ut in die 9 Decem. p. 154.

**MARTIO ET APRILI**  
Ut in die 10 Decem. p. 158.

**MAJO ET JUNIO**  
Ut in die 12 Decem. p. 162.

**JULIO ET AUGUSTO**  
In secundo Nocturno  
Lectio IV.

Sermo s. Joánnis Damasc.  
Serm. 1 in Nativ. B. M. V

**O** Jóachim et Annæ san-  
ctissima filia, quæ  
principatibus et potestá-

tibus, ignisque maligni  
telis latuisti: quæ in Spí-  
ritus thálamo versata es,  
et sine mácula custodita,  
ut Sponsa Dei, naturáque  
Dei Mater essem! O sa-  
cratissima filia, quæ in  
matérnis ulnis cérneris,  
apostaticisque Virtútibus  
formidabilis es! O sacra-  
tissima filia, quæ matris  
ubéribus lactáris, atque  
ab Angelis úndique cín-  
geris! O cara Deo filia,  
paréntum decus, quam,  
ut abs te vere dictum  
est, generatiōnes omnes  
beátam dicent! O digna  
Deo filia, humánæ venú-  
stas natüræ, primigenæ  
paréntis Evæ emendatio!  
Tuo namque partu, quæ  
ceciderat, erécta est. O  
sacrosáncta filia, feminá-  
rum glória! Quamvis e-  
nim prima Eva prævari-

Officia votiva Immacul. cationis rea extiterit, ac per eam mors, dum illa serpenti adversus primum parentem inserviret, ingrassa sit; attamen Maria divinæ obsequens voluntati deceptorem anguem ipsa decépit, ac mundo immortalitatem invéxit.

R. Fundamenta ejus in móntibus sanctis: \* Díligit Dominus portas Sion super ómnia tabernacula Jacob.

V. Gloriósa dicta sunt de te, cívitas Dei. — Díligit.

Lectio V.

Vere res omnes cónditas dignitate antecelluísti. Nam ex te sola summus ille ópifex partem assúmpsit, massæ nostræ primítias. Caro ejus ex tuis sanguínibus concreta fuit. Quin Deus ex tuis mamillis lac suxit, túaque lábia Dei lábiis cohæserunt. O mirácula, mentis captum et sermó nem excedéntia! Digni-

Concept. B. M. V. 177  
tatem tuam præcognoscens universorum Deus, te proinde diléxit, dilectamque prædestinavit, atque extrémis tempóribus prodúxit, ac Deíparam Matrem, suique Filii ac Verbi nutritiam fecit. Lætare, beata Anna, quod féminam pepéreris. Hæc enim fémina Dei Mater natúra est, porta lucis, fons vitæ, et feminárum crimen abolébit. Hujus féminæ vultum deprecabuntur omnes dívites plebis. Féminam hanc reges géntium munéribus oblatis adorábunt. Hanc féminam Deo universorum regi offeres, virtútum tanquam fimbriis aureis circumamictam elegántia, sanctique Spíritus grátia ornátam, cuius glória ab intus.

R. Nihil inquinatum in eam incúrrit: \* Candor est lucis æternæ, spéculum sine mácula.

V. Hortus conclusus, so-

178 Officia votiva Immacul. Concept. B. M. V.

ror mea sponsa, hortus  
conclúsus, fons signátus.  
— Candor.

Lectio VI.

**O** divinum, vivumque  
simulácrum, cuius  
cónditor Deus pulchritú-  
dine delectátus est, quod  
mentem quidem divinitus  
gubernátam habet, Deóque  
soli addictam; cupiditatem  
vero omnem ad id, quod  
solum expeténdum est et  
amóre dignum, inténtam:  
iram autem contra pec-  
cátum dumtáxat, ejúsque  
paréntem. Vitam natúra  
potiórem habébis. Habé-  
bis autem non tibi ipsa:  
quippe quæ non tui ip-  
sius cáusa génita sis. Quo-  
círca Deo hanc habébis,  
cujus grátia in muadum  
prodiísti, ut orbis univér-  
si salúti obsequáris; Deí-  
que antiquum consilium,  
nimírum incarnatiónis  
Verbi, ac nostræ deifi-  
cationis, per te impleá-  
tur. Appetitus tuus diví-  
nis sermonibus nutriétur,

hisque pinguésces, tán-  
quam olíva fructífera in  
domo Dei; tánquam li-  
gnum plantátum secus  
decúrsus aquárum Spíri-  
ritus, tánquam vitæ li-  
gnum, quod fructum vi-  
tæ dedit præfinito suo  
témpore: Deum scilicet  
incarnátum, et ætérnam  
universórum vitam. Cogi-  
tatum omnem alúmnum  
habens et ánimæ profi-  
cum, ac supervacáneum  
omnem et ánimis exiti-  
sum prius réprobans,  
quam eum degústes. To-  
ta thálamus Spíritus, to-  
ta cívitas Dei vivi, quam  
lætificant flúminis ímpetus  
Sancti, inquam, Spíritus  
gratiárum fructus. Tota  
pulchra, tota Deo propín-  
qua; hæc enim Chérubim  
súperans, et super Séra-  
phim evécta, próxima  
Deo éxitit.

N. Beátam me dicent o-  
mnes generatiónes: Quia  
ancillam húmilem respé-  
xit Deus.

¶. Ornátam monílibus fi-  
liam Jerúsalem Dóminus  
concupivit. — Quia.

Glória Patri. — Quia.

In tertio Nocturno.  
Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 1.  
**L**iber generatiónis Jesu  
Christi, filii David, filii  
Abraham. Abraham génuit  
Isaac: Isaac áutem génuit  
Jacob. — Et réliqua.

De Homilia

s. Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. Comin. in Matth.

**J**acob áutem génuit Jo-  
seph. Hunc locum ob-  
jécit nobis Juliánus Au-  
gústus de dissonántia E-  
vangelistárum: cur Evan-  
gelista Matthæus Joseph  
dixerit filium Jacob, et  
Lucas eum filium appellá-  
rit Heli; non intélligens  
consuetúdinem Scripturá-  
rum, quod alter secún-  
dum natúram, alter se-  
cundum legem ei pater-  
sit. Scimus enim hoc per  
Móysen, Deo jubénte, præ-

céptum, ut si frater aut  
propínquus absque lìberis  
mórtuus fúerit, álius ac-  
cipiāt uxórem ad susci-  
tándum semen fratris vel  
propínqui sui.

¶. Signum magnum ap-  
páruit in cœlo, múlier a-  
micta sole, et luna sub  
péribus ejus: \* Et in cá-  
pite ejus coróna stellá-  
rum duódecim.

¶. Filia Sion tota formó-  
sa et suávis est. — Et.

Lectio VIII.

**J**oseph virum Mariæ.  
**J**Cum virum audieris,  
suspicio tibi non súbeat  
nuptiarum; sed recordáre  
consuetúdinis Scripturá-  
rum, quod sponsi viri, et  
sponsæ vocéntur uxóres.  
Et a transmigratióne Ba-  
bylónis úsque ad Chri-  
stum generatiónes qua-  
tuórdecim. Númera a Je-  
conía úsque ad Joseph,  
et invénies generatiónes  
tredécim. Quartadécima  
ergo generatió in ipsum  
Christum reputábitur.

**180** Officia votiva Immacul. Concept. B. M. V.

Christi autem generatio  
sic erat.

R. Benedixit te Dominus  
in virtute sua: Quia  
per te ad nihilum redé-  
git inimicos nostros.

V. Hodie nomen tuum ita  
magnificavit Dominus, ut  
non recédat laus tua de  
ore hominum. — Quia.  
Glória Patri — Quia.

Lectio IX.  
**Q**uærat diligens lector  
et dicat. Cum Joseph  
non sit pater Domini  
Salvatoris, quid pertinet  
ad Dominum generationis  
ordo deductus usque ad  
Joseph? Cui respondébi-  
mus primum, non esse  
consuetudinis Scripturá-  
rum, ut mulierum in ge-

nerationibus ordo texatur.  
Deinde ex una tribu fuíse  
Joseph et Mariam, unde  
ex lege eam accipere  
cogebatur ut propinquam:  
et quod simul censentur  
in Béthlehem, ut de una  
videlicet stirpe generati.

**SEPTEMBRI ET OCTOBRIS**  
Ut die 14 Decem. p. 166.

**NOVEMBRI ET DECEMBRI**  
Ut die 15 Decem. p. 171.

Si occurrat Festum  
simplex habens lectionem  
propriam, quae non sit  
sumpta de communi, tunc  
dicitur de eo nona lectio,  
et sit commem. in Vesp.  
Laud. et Missa, sine  
Credo.



## CONGREGATIONIS SOMASCHÆ.

*Porrectis a P. Josepho Caimo Procuratore Generali Congregationis Somaschæ nomine suorum religiosorum humillimis precibus, quibus pro indulto recitandi singulis sabbatis officium et missam Immaculatae Conceptionis B. M. V. enixe supplicatum fuit, illisque per Eminentiss. et Reverendiss. Dom. Cardinalem Sancti Clementis in Sacra Rituum Congregatione relatis, Sacra eadem Congregatio, ob circumstantias in supplici libello adductas, benigne indulxit, ut in posterum singulis sabbatis officio novem lectionum minime impeditis, et exceptis Adventus, Quatuor Temporum, Quadragesimæ, ac Vigiliarum temporibus ab omnibus religiosis Congregationis Somaschæ officium Immaculatae Conceptionis B. M. V. sub ritu semiduplici recitari, et missa respective celebrari possit et valeat.*

*Die 11 Julii 1739.*

**Loco ✠ Sigilli.**

**C. De MARINIS Præfector.**

**T. Patriarcha Jerosol. Secretarius.**

## EXCERPTA EX ENCYCLICA PII PAPÆ IX

AD PATRIARCH. PRIMATES, ARCHIEPISC. ET EPISCOPOS ORBIS

Data Cajetæ die 2 februarii 1849.

*Quoniam romano clero jam concessimus, ut peculiares canonicas horas de Beatissimæ Virginis Conceptione recentissime compositas, ac typis editas recitare valeat loco earum, quæ in communī breviario continentur, idcirco hisce litteris facultatem vobis tribuimus, venerabiles fratres, ut, si ita placuerit, universus vestræ diœceseos clerus easdem de Sanctissimæ Virginis Conceptione canonicas horas, quibus nunc romanus utitur clerus, persolvere libere et licite possit, quin ejusmodi veniam a nobis, vel a nostra Sacrorum Rituum Congregatio ne, implorare debeatis.*



## D E C R E T U M.

*Suprascriptum officium proprium Immaculatæ Conceptio-  
nis Beatæ Mariæ Virginis de anno 1847 pridie kalendas  
octobris, sanctissimus Dominus Noster PIUS IX Pontifex Ma-  
ximus, cum respondenti missa, pro clero urbis propria ma-  
nu adprobavit; ipsumque quarto nonas februarias anno su-  
periori 1849 per suam encyclicam datam Cajetæ indulsit omni-  
bus per orbem diœcesibus, quarum Præsulibus illud adoptare  
libuerit. In fidem etc. Datum ex secretaria Congregationis  
Sacrorum Rituum, die 6 maii 1850.*

Loco  Sigilli.

J. G. FATAI S. R. C. Secretarius.

## DECRETA NONNULLA S. R. CONGREGATIONIS

## REGULARES AFFICIENTIA.

1. *Regulares, qui calendario proprio vel tamquam proprio rite utuntur, tenentur ad recitationem officii sub ritu dupl. 1 classis tum de patrono principali, tum de titulari ecclesiae cathedralis ejus loci, in quo degunt: non autem tenentur ad octavas. — S. R. C. 10 julii 1687 et 10 septemb. 1741.*

*Sub nomine patroni principalis loci venit etiam patronus principalis regni vel provinciae, de quo concessum est ab Apostolica Sede, ut a clero tam saeculari, quam regulari reciletur officium. Necesse vero est, ut liquido constet tales patronos electos fuisse de concessione apostolica. — S. R. C. 20 mart. 1683.*

- De aliis autem patronis minus principalibus non tenentur recitare, nisi sint descripti in calendario romano, vel in dictorum regularum proprio. — S. R. C. 13 jun. 1682.*
2. *Regulares in ipsa civitate episcopali degentes tenentur ad celebrandum festum Dedicationis ecclesiae cathedralis, si adsit, cum officio dupl. 2 classis; non tamen cum octava. — S. R. C. 8 aprilis 1682.*

*Regulares extra civitatem episcopalem degentes non tenentur ad officium Dedicationis ecclesiae cathedralis, nisi ex convenientia. — S. R. C. 20 novemb. 1683 et 7 aprilis 1832 — uti si adsit consuetudo, et quatenus laudabilem illam consuetudinem retinere velint, eo casu sub ritu, quo consueverunt. — S. R. C. 21 mart. 1795 — aut si festum dedicationis proprie ecclesiae non agatur. — S. R. C. 10 septemb. 1796.*

3. *Regulares tenentur recitare sub ritu dupl. 1 class. cum octava officium Titularis et Dedicationis ecclesiae illius domus, in qua morantur. — S. R. C. 28 octob. 1628, 16 mart. 1658 et 10 junii 1710.*

4. *Officium votivum alicujus sancti, quod singulis mensibus recitatur, omittendum est in iis mensibus, quibus recitatur de eodem sancto ritu dupli. — S. R. C. 5 octob. 1697, et 15 septemb. 1815.*

*In officiis votivis non attenditur ordo dignitatis. — S. R. C. 27 septemb. 1698.*

*In concurrentia officii votivi cum alio ejusdem ritus dividuntur vespere. — S. R. C. 1 julii 1747.*

5. *In ecclesiis regularium recitandæ sunt collectæ ab Ordinario loci præscriptæ, nec licet clero earundem ecclesiarum ab iis recitandis cessare pro lubitu antequam Ordinarius id jusserrit. S. R. C. 3 april. 1821.*

6. *Officia, quæ conceduntur sub clausula fieri posse, recitari posse, vel simili forma, absque expressa notula ad libitum, postquam fuerint usu recepta, sunt de præcepto: proinde in diebus impeditis transferantur, et si sunt duplia, in dominicis celebrentur. — S. R. C. 16 septembr. 1730 et 6 septembr. 1738 ac 2 maii 1801.*

*Officia, quæ conceduntur sub clausula et forma supradictis, absque notula ad libitum, postquam fuerint etsi a solo Generali ordinis acceptata, sunt de præcepto pro regularibus totius ordinis: ita ut non sit in facultate superiorum inferiorum vel succendentium superiorum generalium vel capitulorum generalium illa non acceptare seu rejicere. — S. R. C. 14 junii 1845 et 23 maii 1846.*

7. *Non potest recitari peculiare officium concessum aliis ordinibus regularibus, de quorum privilegiis facta fuit communicatio. — S. R. C. 15 septemb. 1668.*



## INDEX



## FEBBUARIUS

Die VIII. S. Hieronymi Æmiliiani confess. dupl. min.	1
Pro dictis domibus professis Romæ, Somaschæ et Venetiarum, dupl. 1 classis cum octava . . . . .	ib.
XI. Pro dictis domibus professis de 4 <sup>a</sup> die infra octavam, semidupl. . . . .	18
XII. Pro dictis domibus professis de 5 <sup>a</sup> die infra octavam, semidupl. . . . .	22
XIII. Pro dictis domibus professis de 6 <sup>a</sup> die infra octavam, semidupl. . . . .	26
XIV. Pro dictis domibus professis de 7 <sup>a</sup> die infra octavam, cum commemorat. s. Valentini presbit. et mart. semidupl. . . . .	30
XV. Pro dictis domibus professis Octava s. Hieronymi Æmiliiani conf., cum commem. ss. Faustini et Jovitæ mm. dupl. min. . . . .	33

## **SEMEL IN HEBDOMADA INFRA ANNUM**

## DECRETA

Decretum translationis festi s. Hieronymi Æmiliani conf. ad diem 20 juli, elevationis ritus officii ad dupl. 1 classis cum octava et approbationis lectionum et missæ propriarum in festo et octava . . . . .	Pag. 41
Decretum approbationis hymni <i>Orphanis patrem</i> ad ultrasque vesperas et matutinum in officio s. Hieronymi Æmiliani conf. . . . .	42
Decretum concessionis officii s. Hieronymi Æmiliani conf. die 8 februarii sub ritu dupl. min. præter officium ejusd. sancti die 20 juli sub ritu dupl. 1 class. cum octava . . . . .	43
Decretum concessionis officii s. Hieronymi Æmiliani conf. die 20 juli sub ritu dupl. min. pro domibus professis Romæ et Somaschæ, præter officium ejusdem sancti die 8 februarii sub ritu dupl. 1 class. cum octava . . . . .	44
Decretum concessionis officii s. Hieronymi Æmiliani conf. sub ritu dupl. 1 class. cum octava die 8 februarii, et sub ritu dupl. min. die 20 juli pro domo professa Venetiarum. . . . .	45
Decretum approbationis additamentorum propriorum in officio s. Hieronymi Æmiliani conf. . . . .	46
Decretum concessionis officii s. Hieronymi Æmiliani conf. semel in hebdomada per annum sub ritu semidupl. . . . .	47
Decretum concessionis indulgentiæ plenariæ die 8 februarii acquirendæ in ecclesiis cler. regul. Congregationis de Somasca. . . . .	48
APRILIS	
Die XXIX. S. Petri martyris, dupl. maj. . . . .	49

## DECRETA

<b>Decretum concessionis officii s. Petri martyris et S. Pii V</b>	
Papæ et conf. sub ritu dupl. maj. . . . .	Pag. 50
<b>Decretum concessionis indulgentiae plenariae in die festo s.</b>	
Petri mart. pro renovatione votorum Cl. Reg. Congregationis de Somascha . . . . .	51

## MAJOS

<b>Die V. S. Pii V Papæ et conf. dupl. maj. . . . .</b>	» 52
---------------------------------------------------------	------

## DECRETUM

<b>Decretum urbis et orbis concessionis indulgentiae plenariae in ecclesiis Cl. Reg. Congregationis de Somascha die festo s. Pii V Papæ et conf. acquirendæ. . . . .</b>	» 53
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------

<b>Die XI. S. Majoli abbatis, dupl. 1 class. cum octava. . . . .</b>	» 54
XIII. De 3 <sup>a</sup> die infra octav. semid. . . . .	» 58
XIV. De 4 <sup>a</sup> die infra octav. cum commem. s. Bonifacii mart. semid. . . . .	» 62
XV. De 5 <sup>a</sup> die infra octavam, semid. . . . .	» 66
XVIII. Octava s. Majoli abbatis, dupl. min. . . . .	» 70

<b>Excerpta ex constitutionibus Cl. Reg. Congreg. de Somascha præscribent. rit. dupl. 1 class. cum octava in festis s. Majoli abbat. et s. Augustini ep. et Eccl. doctoris. . . . .</b>	» 75
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------

## DECRETUM

<b>Decretum concessionis orationis et lectionum secundi nocturni propriarum de s. Majolo abate . . . . .</b>	» 76
	25

Die XX.	S. Hieronymi <i>Æmiliani</i> conf. dupl. 1 classis cum octava . . . . .	Pag. 77
	Pro domibus professis Romæ, Somaschæ et Ve- netiarum dupl. min. cum commem. s. Marga- ritæ virg. et mart. . . . .	>
XXI.	De 2 <sup>a</sup> die infra octav. cum comm. s. Praxedis virg. semid. . . . .	>
XXIV.	De 5 <sup>a</sup> die infra octav. eum comm. vigil. s. Ja- cobi apost. et s. Christinæ v. et m. semid. .	80
XXVII.	Octava s. Hieronymi <i>Æmiliani</i> conf. cum comm. s. Pantaleonis mart. dupl. min. . . . .	85

## DECAGRAM

Decretum concessionis indulgentie plenarie a primis vesperis usque ad totum octiduum festi s. Hieronymi <i>Æmiliani</i> , die 20 julii incidentis, acquirendæ pro quotidiana per annum recitatione jaculatorie = Dulcissime Jesu, etc. . . . .	89
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----

## AUGUSTUS

Die XXVIII. S. Augustini ep. et conf. et Eccl. doct. dupl. 1 class. cum octava . . . . .	90
---------------------------------------------------------------------------------------------	----

## SEPTEMBER

I. De 5 <sup>a</sup> die infra octavam, cum comm. s. <i>Ægidii</i> ab- batis et ss. duodecim Fratrum martyrum . . . . .	>
III. De 7 <sup>a</sup> die infra octavam, semid. . . . .	94
IV. Octava s. Augustini ep. conf. et Eccl. doct. dupl. min. .	97

## DECAGRAM

Decretum urbis et orbis concessionis indulgentie plenarie in Ecclesiis Cler. Reg. Congregationis Somasch. acquiren- dæ die festo s. Augustini episc. . . . .	102
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----

## OCTOBER

Die II. SS. Angelorum Cust. dupl. 2 cl. cum octava . . .	Pag. 103
III. De 2 <sup>a</sup> die infra octavam, semid. . . . .	> >
V. De 4 <sup>a</sup> die infra octav. cum com. ss. Placidi et soc. mm. semid. . . . .	106
VI. B. Mariæ Franciscæ a Vulneribus D. N. J. C. virg. cum comm. Octavæ, dupl. min. . . . .	> 112

## DECRETA

Decretum concessionis officii b. Mariæ Franciscæ a Vulneri- bus D. N. J. C. ritu dupl. min. . . . .	> 115
Decretum extensionis lectionum propriarum b. M. Franciscæ, approbat. pro Tertio Ordine strictioris observantiæ sancti Petri de Alcantara ad Cler. Reg. Congregationis de So- mascha . . . . .	> 116
Die IX. Octava ss. Angelorum Custodum, dupl. min. . .	> 117

## SEMEL IN MENSE INFRA ANNUM

SS. Angelorum Custodum, semid. . . . .	> 121
----------------------------------------	-------

## DECRETA

Decretum concessionis officii ss. Angelorum Custodum ritu dupl. 2 class. cum octava . . . . .	> 133
Decretum concessionis officii ss. Angelorum Custodum semel in mense per annum ritu semiduplici . . . . .	> 134
Decretum concessionis indulgentiæ plenariæ in ecclesiis Con- gregationis Somaschensis semel acquirendæ die festo aut infra octavam ss. Angelorum Custodum. . . . .	> 135

## DECEMBER

Die VIII. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. dupl. 2 class.	
cum octava et comm. feriæ . . . . .	Pag. 137
IX. De 2 <sup>a</sup> die infra octav. cum comm. fer. semid.	» 154
X. De 3 <sup>a</sup> die infra octav. cum comm. fer. et s. Mel-	
chiadis Papæ et mart. semid. . . . .	» 158
XII. De 5 <sup>a</sup> die infra octav. cum comm. fer. semid.	» 162
XIV. De 7 <sup>a</sup> die infra octav. cum comm. fer. semid.	» 166
XV. Octava Immaculatæ Conceptionis B. M. V. cum	
comm. fer. dupl. min. . . . .	» 171

## SINGULIS SABBATIS INFRA ANNUM

Immaculatæ Conceptionis B. M. V. ritu semidupl.	» 176
-------------------------------------------------	-------

## DECRETA

Decretum concessionis officii Immaculatæ Conceptionis B. M.	
V. singulis sabbatis per annum ritu semiduplici. . . . » 181	
Encyclica , qua officium proprium Immaculatæ Conceptionis	
B. M. V. romano clero jam concessum extenditur ad	
cunctas per orbem diœceses . . . . .	» 182
Decretum extensionis supradicti officii de Immacul. Concept.	
B. M. V., cum respondenti missa , pro clero urbis jam	
approbati, ad omnes orbis diœceses . . . . .	» 183
Decreta S. R. Congregationis regulares sufficientia. . . . » 184	









Fr. Hollnsteiner  
k. k. Hof-Buchbinder  
in  
**W I E N**  
am Glacis,  
ause.

